

Te Water's Catal. 392.8°

DAV.RENALDI BULLERII

DISSERTATIONUM

SACRUM SYLLOGE

Πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν
κατέχετε.



AMSTELÆDAMI,

Apud FRANCISCUM CHANGUION,

M D C C L.

£. 35. Z. 236

P L U R I M U M
REVERENDO PRÆSULI
G E O R G I O
CLONIÆ EPISCOPO.
S. P. D.
DAVID RENALDUS BULLERIUS.



Rodeunt tandem in lu-
cem lucubratiunculae,
quas Tibi dudum in-
scribere destinaram, Re-
verende in Christo Pater, teque
sibi patronum simul & judicem
merito deponscunt. Levidense
opus, fateor, nec, si artificis in-
dustriam spectes, satis dignum
quod tam eruditos oculos te-
neat; sed cui ipsa tamen argu-
menti praestantia, piumque trac-
tantis propositum aliquam forte

* 2

com-

commendationem addet. Non
deteruit immensa Commenta-
riorum, & omnigenarum in S.
Scripturas observationum seges,
quo minus ipse post messem de-
ciduas aliquot spicas legere ten-
tarem, atque non solum ex artis
Critices penu, sed ex Christianae
Philosophiae fontibus nonnulla
delibarem, quae ad locorum per-
plexorum illustrationem facere
videbantur. Satisne feliciter col-
natus processerit, nescio; Tu ar-
biter sedebis, Cui si non omnino
scriptionem nostram displicuisse
senserim, magnum me operae
premium fecisse existimabo. Qua-
discunque tandem sit, aequi boni-
que consule, ac propenso, quo
caetera mea es solitus, favore
amplectere. Certe ex quo Tibi,
Reverende Præsul, innotescere
coepi,

coepi, & ; quae tua est humanitas, in familiaritatis aliquem gradum adscisci, licet ingenti terrarum mariumque spatio diffitus, nil exoptatius visum , quam ut publicum documentum existaret observantiae erga Te meae, atque omnibus testatum ficerem, quantopere excelsum illud ingenium tuum suspiciam , miro doctrinae lumine adficiar, eximias Virtutes exosculer. Liberet hic commemorare, quid in adserenda, contra minutos nostrae aetatis Philosophos ; Christianae fidei imo omnis Religionis hostes, veritate, quid in altioribus Disciplinis excolendis , aut humanae etiam vitae parandis subsidiis, tum re tum scriptis praestiteris: quo propagandi Evangelii animo ad extremas usque or-

bis oras ultimamque barbariam
processeris: quam sollicite, quam
amanter concreditō gregi invi-
giles: quam sancte cuncta Epi-
scopalis munēris officia adminis-
tres. Verum a tot praeclaris lau-
dibus prosequendis abstineo;
cum nec meo praēconio egeant;
neque tua id patiatur verecun-
dia. Unum oro, ut me inter im-
pensissimos nominis tui cultores
habeas, & consueta in perpe-
tuum benevolentia fovere peri-
gas. Vale Praeful illustrissime!
summum Hiberniae decus, te-
que immortalis Deus, Reipubli-
cae Christianae, litterati Orbis,
imo universi generis humani bo-
no diutissime sospitem atque in-
columem servet!

Dabam Londini ipsis idibus Majis anni
post Christum natum MDCCCL.

LEC.

LECTORIS.

Pluribus tecum agere volebam, benigne Lector, primum de consilio & instituto meo in hac edenda Dissertationum Sylloge, tum de caussis quae me in id scribendi genus impulerunt: nonnulla denique disputaturus circa eam, quæ mihi optima censetur, S. Codicem interpretandi, ac nodos praesertim impeditiores attrectandi rationem. Verum cum, nescio quo fato, tantillæ molis opus per integrum annum sub praelo elanguerit, nec longiorem ferat exeundi moram, his nunc in totum supersedeo. Atque illa idoneum forsan aliquando locum invenient. Tu autem, Christiane Lector, nostra,

(viii)

tra, aequis & candidus accipe.
Quod si tibi grata accident, &
ad interiorum Literarum stu-
dium promovendum nonnihil
conferre judicabuntur, animum
addes (nam quae vides specimi-
nis tantum loco ex uberiore co-
pia depromuntur) plura tecum
hujuscemodi communicandi. Id
unum monendum restat: Quan-
do mihi procul a carissima Pa-
tria semoto, typographicas ope-
ras recensere non licuit, & ne
quidem apographum libelli hu-
jus apud me habeam, quasdam
irrepsisse mendas, quibus pro
humanitate tua ignoscas quaeso.
Vale, nostrosque labores pii
votis apud Deum adjuva.

DIS-

DISSE

RATI

O

P R I M A.

Bileam Vaticinium, Num. XXIV. 16; 17:
illustratum; ubi simul in Typicorum
Oraculorum naturam inquiritur.



Dicitur sumnum Evangelicae, quā nunc fruimur, Oeconomiae de-
cūs pertinet, quod observat Apostolus Petrus circa veteres Prophetas, Christi Spiritu in-
stinctos, ut ejus regni tot ante saeculi prae-
nunciarent mysteria; *non sibi met ipsis sed nobis illa administrare.* Alium equidēm illos salutis suae auctorem & principem habuisse non vult, ab eo quem Redemptorem agnoscimus, aut a coelestium bonorum participatione seclusos contendit: percipiendi modum loquitur tantum valde dis-
crepantem a nostro. Quippe procul, & ut ita loquar, maligna luce rē futuri temporis sinu absconditas intuentibus; ex praesci-
fōne propria non is ad illustrandam fidem

A

fractus

D I S S E R T A T I O

fructus redibat, qui a nobis Christianis capi-
tur ex eorundem vaticiniis cum eveatu collatis, & ipsa rerum gestarum memoria. Sed de antiquis Vatibus universim dictum, in
Bileamum, cuius hunc verba tractare ad-
grēdīmus, praecipuo quodam iure cadere
verum est. Vedit ille nimirum e longinquo
stellam a Jacobo orientem, late per popu-
los resfulgentem conspexit, atque ultimas
orbis oras puro splendore collustrantem
miratus est: at aliis potius vidit quam sibi.
Quod ex prava hominis indole, ex fraudu-
lento animo, officii immemore, nec coe-
lespium bonorum aut Religionis, qua par-
erat cura tacto, satis conjicere licet. Nos
autem in hac ultima temporum periodo
degentes, lumen illud Propheticum, quod
Bileamo indulxit Deus, haud parum juvat,
cum fidem Evangelio habitam novis incre-
mentis roboret.

Verum priusquam hujus Oraculi inter-
pretationi, non usque adeo facilis quidem
ibi expeditae, me accingo, nonnulla
mihi praefanda arbitror, tum de ipso Vate,
nam Propheta titulo cohonestari debeat;
tum de adflatus Prophetici natura & ratio-
ne; tum & vaticinio nostro major accedat
auctoritas, & in ea tenebrisca quaedam
scilicet elucidari valeant.

Deinde Propheta Bileamus fugit, an
Diaboli,

Diaboli, quaestio est varie jam olim a doctis disceptata, & in ambiguo relieta. Miror tot antiquos & recentiores, nescio quo praejudicio, in deteriorem partem propendere. Multos fatetur in eam cogitationem adducit quod dicitur initio hujus Capitis; non abiisse, sicut consueverat, in occasum auguriorum, לְקָרְבָּה נַחֲשָׁתִים item quod Capite XXII. 7. Madianis seniores ei dicuntur attulisse qua vocē munera ariolo aut vati offerri solita notarunt. At id nequaquam a me impetrare possum, ut credam Bileamūm hūnc, quem diserte scriptura Prophetam nuncupat, quemque, haud mediocre verae Religionis notitia imbutum, familiari Deus alloquentio, quemadmodum ex hac historia patet, ac viis diurnis nocturnisque, & futu- rotani haud obscurā praeſenſione dignabatur, Magicis artibus usum, ut Israelem laederet. Nec quicquam ejusmodi conjicere licet ex antedictis. Certe praecedentis Capitis versu tertio, Jehovae ſeſe iturum ob viam declarat; cique proinde Deus occurrit legitur. Identi intelligitur versibus quinto & sexto decimo. An credibile autem est, Deum in tantum Mago indulgere voluisse, qui aet veritas artes conversus, inferorum opem cire in electi Populi exitium non dubitaret, ac horribili carmine eum deo- gere niteretur, Deum inquam impuri &

4 D I S S E R T A T I O.

conscelerati Arioli tantam rationem habuisse, ut ori ejus responsa sua inderet, eumque divinorum oraculorum antistitem & ὑποφήτην constitueret? Virum equidem parum piūm, nec Deo uti par erat obsequentem, Bileamum fuisse satis constat. Quin improbum etiam ille, & partim invidia in Israelem, partim avaritia efferratum animum gesserit, haud negaverim. At certe pro vero Propheta, habendus & veri Numinis cultore, cui nihil quicquam cum sagatum lūdibriis & satanicis artibus negotii fuit. Quae enim communio luci cum tenebris? Sed forte ex inolita superstitione, quā, pro captu illorum temporum, vera Religio haud semel infuscata deprehenditur, sibi demens id persuaserat, precibus certa formula conceptis, quae insuper sacrorum rite peractorum ope adjuvarentur, coelestem tutelam favoremque ab Israelitico populo sic abstrahi posse, ut Balacus votorum compos fieret. Nihil igitur aliud censeo intellegi, cum Bileamum legimus *ivisse in occursum augriorum*, quam quod bis praecedenti capite fecisse narratur, quando secessit aut in antrum, aut in declivem locum sive vallem, scorsim Numen (a) sci-

(a) Adi sis notam Jo. Clerici ad Num. XXIII. 3. & ad Genef. XLIV. 1. ubi Josepho ejusmodi divinatio tribuitur.

scisciturus. Eo enim proposito altaria exstrui & hostias mactari imperaverat, ut Deum Balaco propitiaret, & optatis congruum ipse responsum a Deo eliceret. Quem sensum optime vox שׁׁמַן ferre potest; quae dum augurium & divinationem speciatim denotat, in genere omnem, quae naturalis scientiae captum superat, occultarum rerum investigationem comprehendit. Néque nos magis movere debet, quod a Josua Bileamus divini aut arioli titulo insinuitur. 1º. Enim cum merito Hebraeis invisus fuerit, nil mirum si, contemptim habitus, ejusmodi nomine apud eos paßim infamaretur. 2º. non adeo certum, vocem קָרְבָּן in deteriorem significationem sumi, quin de veris quandoque Prophetis usurpar̄ potuerit. Nec quod Balacus eum pro ariolo habuerit, quicquam in hanc partem probat. Namque proclive fatis fuit Regi idolorum cultori & superstitionibus immerso, divinationem cum Prophetia confundere, & Magiam cum religione permiscere, quippe ut Ethnicis erant Dil coelestes aut superi, erant quoque inferi, quos omnes diversis, & cuique generi propriis ritibus colebant. Si porro objicias Bileamum Dei jussibus obstatisse, fecerunt alii Prophetae, ut Jonas exemplo est. Similiter hic Bileamus, licet renitens & vehementer reluctatus, adflatui

Jos.
XXIII.
22.

6 D I S S E R T A T I O

divino tandem obtemperare cogitur. Cum enim semel iterumque frustra tentasset in gratiam Balaci funestas contra Israelem ~~χειραγόδιας~~ Deo velut extorquere, opposita omnia eloqui jussus, ab irrito canatu demum abstitit, nec amplius Deum percunctorari, ut pote ejus animum satis superque exploratum habens, sustinuit; sed ad Israeliteca castra conversus, & sese totum divine adflatui permixtens, ea; quae integrō Capitō XXIV habentur, clara voce pronunciavit.

Satis jam de Bileamo, nunc ipsius adflatus Prophetici naturam indagare adgrediamur; quo dc variis Oraculorum generibus tutius judicium fiat, & ad pleniorē hujus nostri speciatim intelligentiam firmum aliquod fundamentum praestruatur,

^{2 Pet. I.} In primis meminisse oportet, ab Apostolo scitum, Prophetiam omnem minime humani esse arbitrii, virosque Dei Sanctos cum pandent futura, non nisi singulariter S. Spiritus impulsu actos id praestitisse. Cernere enim quae ventura sunt, res continentes praesertim, naturae nostrae vim & facultatem supergreditur, nec tale lumen humanaam mentem illustrat nisi impertiente Deo. Prophetas igitur, ut manus suam obirent, divina luce perfundi oportuit, simulque, impressione quadam coelitus eorum animis facta, ad yaticinandū excitari. Inter-

terea tamen cum fuerint homines ratione
praediti, neutquam existimandum eos, au-
tomati cuiusdam aut *νευροσπάγς ἀγάλματος*
more, caeco impulsu actos, Oraculorum
suorum voces & sonos meros edidisse, lin-
guam sic moderante Deo, ut nullae ipsis
agendi partes relinquerentur. Contra vero
se res habet. Evidem Spiritus Sanctus po-
tentet eorum cerebrum, phantasiam, men-
tem adfaciebat dissitarum rerum imagine,
& ad ea eloquenda impellebat, quae cœli-
tus intueri dabatur: at non verbatim velut
ex concepta formula semper recitasse cen-
sendi, quae dictaret Deus. Factum id qui-
dem, quando Dei nomine compellabant
homines, isque eorum ore loqui censeba-
tur. Cujus modi Oracula ab aliis internosci
solent ex praefixis formulis; *Sic ait Domi-
nus: audite verbum Domini: verbum
Domini factum est ad Esaiam, &c.* Alias
Menti propriae illi & ingenio permitteban-
tur, ad ea enuncianda quae sibi divinitus
oblata patefierent. Hinc tot vaticiniorum
ambages & involucra, quae sensum intricatum
reddunt & ambiguum; quod in iis
plerumque, quae Messiam spectant, usu venit.
Practerquam enim quod Deo visum est sa-
pientibus de caussis spem Redemptoris pri-
scis hominibus factam obscuritate quadam
involvere, praecipua, ni fallo, hujus ob-

8 D I S S E R T A T I O

scuritatis ratio repetenda est ab ipsis revelationis organis, aut ingenito interpositi medii, quo supernaturale lumen transmittebatur, yitio. Expediam quid velim. Non solet Deus, ubi necesse non est, miraculis accumulare miracula. Proinde ut variis suis ventura significaret, nihil opus habuit rerum ipsarum nativam speciem eorum animo objicere, aut peregrinas ideas phantasiae. inde-re; sed ipsis consuetas & usu notas adhibuit, ut res inauditas huc usque & incognitas aliquatenus adumbraret; familiari eos & vernaculo, ut ita dicam, idiomate adlocutus; nam ideae sic in cerebro eorum excitatae sermonis vicem implebant, quo quidquid Deus vellet, edocebantur. Adflatu*s ille satis ingens miraculum fuit, ut opus nihil esset altero miraculo novos cerebro ductus, novas insolentium rerum imagines insculpere, (de adflatu tantum Prophetico loquor, non de visis extrinsecus oblatis, quorum alia est ratio) ad futurorum, quae aliis postmodum ediffererent, tradendam notitiam.* Hinc facile ratio redditur, quare Spiritualia Evangelii bona vaticinaturi Prophetae, Cananitidis ubertatem & delicias, lacte & melle fluentia saccula policeantur; cur ibidem Christianus cultus Leviticis ritibus adumbrari soleat; cur Christus ipse, nunc Sacrorum curam gerentis Pontificis, nunc

nunc. Ducis armatorum legionibus stipati,
nunç auro & gemmis radiantis Monarchae
speciem induat. Ex eodem fonte proce-
nit oraculorum frequens ambiguitas, vul-
tus, ut ita loquar, multiplex, & ex discre-
pantibus archetypis ducta lineamenta, ut in
unam veluti formam coalescant.

Ejusmodi sunt oracula quæ Typicorum
nomine apud Theologos venire solent,
Ubi nimurum remotior eventus sub vicinio-
ris imagine latet, & propriis huic citimo co-
loribus sic depingitur, ut trans illum tan-
quam per interjectum velum pelluceat.
Quae rerum tam genere quam temporibus
discretarum coalitio Spiritum Sanctum pro-
prie auctorem non habet, neque ipsi est ad-
scribenda, sed adflatus Divini organo, seu
menti Prophetarum, cui divinitus illustratae
idem in visu futurorum accidebat, ex fa-
cultatis perceptricis innato vitio, quod no-
bis ob oculorum imbecillitatem duas res in-
aequalibus intervallis remotas e longinquo
prospectantibus evenire solet, ut scilicet
imago quaedam ex utraque confusa & per-
mixta objiciatur. Quod si tum visu percep-
ta describere velimus, unum aliquid effigin-
gimus concretum ex diversis. Haud dissi-
milter Prophetæ, de futuris praemoniti,
dum simul menti obversarentur hinc typus,
inde antitypus, nec mentis acie alium ab

10 D I S S E R T A T I O

alio secernere quirent, utrumque sub una imagine hominibus proposuerunt, quae ex ambobus aliquid traheret.

Talia in V. Testamento Oracula typica saepius occurtere fatendum est, quæ ut dupli sensu gaudent, duplex quoque impletum requirunt; sic ut, κατὰ τὸ ῥῆτον, & dilutiori sensu sumpta, habeant in Reip. Judaicæ gestis quæ ipsis aliquatenus respondent: ita tamen, ut excellentiori modo demum in Messia adimpleantur. Qui hoc negaverit, simul oportet nulos in toto V. T. Messiae typos proprie dictos agnoscere. Quid enim aliud quæso est typus, quam imago quædam ex certis rebus aut personis desumpta, quæ, divino consilio rerum gestarum cursum sic moderante, venturum Messiam data opera adumbrat? Hoc semel posito nil vetat, imo divina sapientia dignum est, talia edi vaticinia, quæ Messiam sub typi cujusdam specie delineant; quibus proinde ea inerunt, quæ partim typo soli, partim soli antitypo convenient, partim utrique communia sint. Unde id commodi percepit vetus Ecclesia, ut ejusmodi vaticiniorum prior impletio & ulterioribus promissis fidem faceret, & longe præstantiorum rerum tanquam in tabula quadam vividam αγγελίην conficiendam præberet Ecclesiæ; ac longam simul carum,

earum, velut pignore dato, exspectationem sustineret foveretque.

Sed quonam ea criterio dignoscemus ab iis vaticiniis, quae unice Messiam spectant? Nimirum deprehendes oraculum typicum esse & πολύσημων, quando ei quædam insunt, quae in solum Messiam quadrant, alia autem iis permiscentur, quæ ipsi ex verborum genuina vi & proprietate competere nulla ratione possunt. Unde colligitur, duos in illo simul intendi, quorum alter alterius imaginem gerat. Sic multa legimus in Josua, Davide, Salomone, ad literam impleta vaticinia, quibus admiscentur nonnulla heroibus istis aut plane aliena, aut dilato admodum & detorto sensu ipsis accommodanda: dum contra Christi personæ fasique ad atmussim respondent. Quæ vaticinia primario, at imperfectiore sensu, in Davide, Salomone evenisse recte judicantur; at præstantius longe & plausus in Christo implementum sortiri.

Miki forsitan objicies, si Prophetarum oraculis sensus duplex, duplex completem statuatur, sc̄ evorti utrumque, aut in ambiguo reliqui; sic ut in arbitrio interpretantis situm sit, utrum in priori, literali felicit, adquiescere velit, spretis mysticis sensibus; quod procul dubio Judaeus faciet. In enim impletione contentus, quæ oraculo est

12 D I S S E R T A T I O

est vicinior, remotiorem velut supervacuam
quaerere supersedebit, omnia eo pacto circa
Messiam nostrum oracula eludens. Huic
se comites lubenter addent, qui se Deistas
nuncupant, eandem technam adhibebunt,
ut, elevata Prophetarum auctoritate, coele-
stem Messiae nostri legationem respuant.
At facile hunc tibi scrupulum eximam, &
viam indicabo qua utrique hominum generi
simil occurri possit.

Exstant, ipso fatente Judaeo, in V. Te-
stamenti libris disertae de Messia venturo pro-
missiones; ea vero oracula, quidquid litiget
Judeus, aut Deista cavilletur, ad Christum
nostrum non ambigue & per amba-
ges, sed directe spectant; ut pote quae in
eo unice eventum sortita sunt. Typos quo-
que Christi in Veteri oeconomia huc illuc
sparsos dignoscere datur; ea enim illum si-
militudine referunt, quae non casu, sed di-
vina providentia obtigisse tanto magis ar-
guitur, quod eadem jam providentia in cer-
tis vaticiniis tam clare Christum præmon-
strantibus, ut alio detorqueri nequeant, lu-
culenter appareat. Hoc utroque igitur pos-
to, Messiam & oraculis praesignificari, &
typis, inde tutò colligitur, typica quoque
dari oracula, quorum summam si in unum
collexeris, videbis omnia simul sumpta in
Christum tanquam scopum ultimum colli-
nare,

nēare, licet singula scorsim spectata huic il-
live: Reip. Hebreæ heroi satis apte quadrare
videantur. Variae nempe sunt ejusdem ar-
chetypi ideae atque umbrae eum $\tau\alpha\lambda\mu\pi\rho\sigma\tau\alpha$
 $\tau\gamma\tau\alpha\lambda\omega\tau\rho\pi\tau\alpha$ effingentes.

At inquies, unde resciverunt quotquot
vixeré ante natum Evangelium pii, in hu-
jusmodi vaticiniis luculentiorém impletio-
nem desiderari? Respondeo id suspicari po-
tuisse, tum ex ipsa orationis ἐργείᾳ, cui
non ad amissim congruente eventu, ideo
tantum eam ex parte, nec nisi dilutiore
sensu impletam cogitarunt: tum praesertim
ex universo legalis œconomiae ducti, quam
cum totam in id comparatam cerherent,
ut meliori foederi prægrederetur, & muni-
tissimam viam sterneret, hinc meritò ar-
guerunt, spiritum propheticum majora lon-
ge & augustiora iis, quae jam oculis usurpa-
verant præmonstrare, venientibus demum
saeculis exhibenda in persona Messiae. Qua-
le equidem & quantum hoc esset, divinan-
do adsequi non poterant. Unde facile cre-
diderim, ex iis plurimos in anteriori talium
oraculorum implemento adquievisse, haud
satis anxie viva verborum & pondus pensi-
tantes. Adde quod ex cognato humanae im-
becillitati vitio, rerum oraculis responden-
tiuum novitate perculti, eas in majus extol-
lerent, nec imaginarentur quicquam altius quo

Pro-

14 D I S S E R T A T I O

Propheticus spiritus adsurgeret. Verum ad fulgente denaum ulti & quidem potioris implementi luce, eventusque ipsius cum vaticiniis collatione facta, tam typus ab exemplari dignoscitur, tam ingens utriusque discrimen apparet. Tam liquido demonstratur, non forte quadam, sed ex destinato Numinis proposito in Prophetis typicis ea contineri, quibus nihil ante Christum natum factis apte respondeat.

His prolegomenis defuncti, nunc ad ipsum Bileami vaticinum accedimus, quod classi eorum accessere, quae typica vocantur, non dubitamus, cum ipsi Judæi ad Messiam referant, ex sententia Magistrorum. Ea sub Christi natales constantis interpretatione fuit oraculi toto oriente celebris. Unde quoque factum, ut illi ex Arabia seu Megistanes, seu potius Philosophi, qui Magorum cognomine Matthæo insigniuntur, prodigiosa ipsis illucenti stellâ, eademque præceunte, iter Bethlehemum capesserent, Jesum recens natum sub Judæorum Regis titulo adoraturi, quemadmodum narrat Evangelistes. Scio quid suspicentur è Doctis nonnulli, nescio quod (a) Zerdasthi

(a) V. PRIDEAUX *Histoire des Juifs*, Liv. IV. tom. 2, p. 72. Zerdaster aliquando ex stellarum scientia electus, oriturum aliquem ad instar Mosis, qui propterea illuminationem & ignis familiaritatem exaltatus esset in Messo. Hyde de Relig. Ves. Persarum, p. 1317.

isti aut Zoroastris oraculo Magos commonefactos, coelestis ostentivim percepisse. Verum quae ex Arabicis scriptoribus in hanc rem adducuntur, testimonia nimis sublestae fidei sunt, quam ut iis tuto credi possit. Demus etiam scriptis Zoroastris Messiam stellae emblemata portendi, vix est ut aliunde id haurire potuerit, quam ex Oraculo nostro, cuius memoriam credibile est per Assyriam & Persiam diu viguisse. Eodem Oraculo fretus Veterator ille famosissimus inter Judaeos qui se pro Messia venditabat tempore Adriani, assumpto cognomine *Barcachbehah*, filii stellae, multis suorum gentilium imposuit, & factionis caput extitit, brevi post Imperatoris vigilantiâ oppresac. Unde ob deceptionis odium pro *Barcachbehah*, levi mutatione vocis *Barcosibah*, id est filius mendacii dictus. Quicquid sit, è Magistris Judacorum cordatores, inter quos Maimonides, duplarem Oraculo sensum adsingunt, quorum prior Davidem respicit, posterior Messiam a Davide adumbratum. Nos lubentes hanc sententiam ut tutissimam amplectimur.

Primo Bileamum conspicis ecclasi correptum, ut ante monuimus, non concepta Deo praecunte verba proferre, sed sibi cœlitus patefacta pro suo videndi modo, proprio Sermone eloqui. Sic ait, qui verba Dei for-

fortis audit, & scientiam Altissimi est adeptus, visionemque omnipotentis videt, humi procumbens oculis adapertis. Video illum, sed non modo; intueor illum, sed non prope. Scilicet ejus phantasiae species praecolla objicitur futurorum, sed confusa tantum atque evanida; tanquam astrum cuiusdam a terris dissitissimi, quod aciem oculorum fugiat, quasi coerulei forniciis profundo immergeretur. *Stella oritur ex Jacobo, surgit sceptrum ex Israele.* Utroque principatum aliquem videt significari. Praeterquam enim quod sidera vocantur viri illustres (a), apto satis emblemate, pervagatuna fuit apud antiquos, ex novi sideris ortu aut apparitione Cometae, regnum ortus, aut interitus portendi. Qualis ille fuit, quo conspecto Augustus sub imperii initium interiore gaudio sibi cum natum, seque in eo nasci interpretatus est, ut ait Plinius (b). Accedunt huic commentario Chaldae Paraphrastae, dum per *Regem, Unctum, potens sceptrum, dominatorem ex domo Israëlis, liberatorem*, ea verba reddunt. Quos titulos Davidi competere nemo negaverit. Qui virtute armorum in-

clytus

(a) Ποτερίας φύρων τοι δέσποτος της Δαρεῖος οὐδεὶς αὐτολόγος, sic Plutarchus de Alexandro magno.

(b) Hist. Nat. Lib. II. Dionaei Caesaris astrum Virgilio, & Julianum sidus Horatio. Vide hic notam J. Clerici.

clytus princeps, praelata bella gesit, sae-
piusque debellatis Judaeae gentis hostibus,
ac sub ditionem redactis, late Regni Israe-
litici fines protulit, ac florentissimum factum
vicinis circa populis formidabile reddidit.

Sequitur porro, *Et percutiet duces
Moabi vastabitque omnes filios Seth.* Prius
ad literam in Davide impletum esse nemo infi-
ciabitur. Seu per מואב פאת' *angulos Moa-
bi*, eorum Duces, seu arces, castella, pro-
pugnacula intelligere malis; quod ultimum
propius vero, cum in aedificio anguli sint
quae firmissima & munitissima habentur. Id
praestitisse legitur David 2 Sam. VIII. quan-
do Moabitas pugna caecidit, deinde cap-
tos & humi prosterni jussos ad funiculum
dimensus, (quod de eorum ducibus pro-
culdubio intelligendum) partem obtrunca-
vit, partem vita donavit, ea conditione, ut
sibi subditi essent & vestigia penderent. Quam
ipse memorabilem victoriam cecinit Psalmis
LX. & CVIII.

Vastabitque, sic pergit noster Vates, *om-
nes filios Seth*: in Hebraeo כָּל בְּנֵי שָׂה יְקַרֵּךְ. De his בְּנֵי שָׂה, quinam sint, unde gen-
tium, & cur sic nominati, varia varii ario-
lantur, quae parum satisfaciunt, & lecto-
rem hiantem, quam ante fuerat, incer-
tiorem dimittunt. Si per Sethum, cogno-
minem Patriarcham hic intelligis, tunc fi-

Illi Seth idem valebunt ac filii Adam, & universum hominum genus complectentur. Sed talis de humano genere strages edenda, neque Davidi, nec ipsi Messiae, nec alii cuiquam ullo pacto adscribi potest. Nunquam profecto consilium iniit David de hominum stirpe delenda: de Christo autem notum est, in mundum venisse eum, ut homines miseros exitio eriperet, tantum igitur abest, ut de perdendis cogitarit. Vide quid ipse de se diserte testatur Joh. III. 17. sunt inter acutiores Interpretes, qui divinatione quadam usi, per Sethum hic intelligi docent aut Regem, aut Moabitidis urbem, vel regionem nescio quam, illis proculdubio temporibus satis celebrem, cuius nomen interciderit. Nec mirandum, ajunt, si priscos illos populos, ex sola Historia Sacra, quae levem eorum mentionem injicit, tantum notos, ea caligo involvat, quae locorum & hominum memoriam obliteret.

Mihi autem haec anxie mecum versanti, verum, quod caeteros Interpretes fugerat, ni vehementer fallor, illuxit. Nempe חיש legendum, non חיש, puncto scilicet תְּשִׁבְחַנָּה dextro latere ad sinistrum translato; וְתַּשְׂבִּחַנָּה vero hic positum contracte pro חַנְשָׁה, quod elationem, animi tumorem, & superbiam sonat.

sonat. In eadem forma contracta vox occurrit Jobi XLI. 16. *timebunt fortis ab excellentia aut elatione ejus* מִשְׁתָּוֹן, de Leviathane loquitur: sic Jobi XIII. 11. שָׂאַרְוּ חַכְמַת אֶחָתֶם excellentia ejus, nempe Dei, vos conturbat, ubi vide notam Cl. Clerici allegantis loca Gen. IV. 7. XLIX. 3. Moabitae igitur filii Seth בְּנֵי שֵׁת nuncupantur (4), quasi tumidi, inflati, & excellentiae propria opinione superbientes. Eodem pertinet titulus בְּנֵי שָׁאָן, iisdem Moabitis adsignatus a Jeremia XLVIII. 45. quo loco ad hunc nostrum adludere Prophetam censet Clericus. Vide quoque versum 42. ejusdem Capitis. *Deletus est Moabus ita, ut non sit amplius populus, eo quod contra Jehovam sese extulit.* Huc quoque facit Psalmi LXVIII. versus 22. cui Jeremiae mox allatum vaticinium egregie consentit; & praeterea lectioni, quam in nostro loco codex Samaritanus exhibit, ubi קָדָךְ pro קָדָךְ legitur. Caeterum notatu dignum est, in laudatis Jeremiae locis ob intolerandam superbiam, Moabo ultimum excidium denunciari: cuius populi propriis viribus praefidentis typhus, & clati prosperis rebus ani-
mi

(4) Idem quod ὁ οὐεὶ ὀντρηφανίας 1. Maccab. II. 47. ubi de Judaeorum accolis sermo est. Conf. Num. XV. 30. Psalm. LXII. 5.

mi fastus intolerandus pluries exagitatur. Adi praeſertim vs. 14, 26, 29. a quo parum abludit nuncupatio **שָׁנִים**, cum **שָׁאַן** praeter tumultum, strepitum, vanam quoque gloriationem designare possit. Ad stipulor etiam Clerico קְרָךְ verticem, loco τῆς קְרָךְ deſtruxit, ex Samaritani codicis auctoritate reponentis. Hoc postremum verbum a קְרָךְ deducitur, & si bene memini, ſemel tantum occurrit Jefaija XXII. 5. ubi murorum eversionem notat. Sed praeter Jeremiac mox allatas, vide quam adfinis noſtræ, & plane gemina locutio exſtet in Psalmo LXVIII. ubi Psaltes ait, Deum transfixurum caput hostium Israelis, uſus eadem voce מִחְצָה, qua hic Bileamus : addito transfixurum etiam, (nam מִחְצָה τῆς reperendum) קְרָךְ מְרֹחֵל בְּאַשְׁמֵי verticem incidentis in vitiis suis. Quod ex linguae sanctæ genio significat flagitiis ſuperbientem, & characteri gentis Moabiticæ, a Propheta ad vivum depicto, apprime congruit. Tandem פָּתַח מוֹאָב apud Jeremiam legitur, uti in vaticinio Bileami. *Flamma, inquit, vorabit פָּתַח מוֹאָב angulum Moabi*, vertere malim, *munitissima queque Moabi*, propter rationem ante memoratam. Postrema igitur Oraculi nostri verba, quae in Davide implementum certissimum habuerunt, ſic reddenda censeo: Is muni-

munitissima quaeque loca Moabitidis perfringet, & diruet, & verticem filiorum superbiae conteret. Quo plena de feroci gente, sub ejus jugum redacta, victoria reportata significatur. Vide 2 Sam. VIII. 2. unde etiam Moab pollubrum pedum suorum factum, genti superbae velut insultans, gloriatur David Psalmo CVIII. Quibus omnibus si adjicias, figuratae orationi, qua Bileamus utitur, aut τῷ מְשִׁלֵּם proprium quodammodo esse, ut una eademque res in utroque membro ejusdem pericopae diversis verbis enuncietur; cujus plura exempla ex his ipsis Bileami sermonibus desumpta possemus recensere; perspicuum jam erit Filios Sethi non diversos esse a Moabitis, quos a tali nomenclatura, eorum indeolem referente, per periphrasem indigitat.

Et haec quidem ad Davidem; sed ulteriorius tendere propheticum spiritum, & in longe sublimiori sensu vaticinium terminari suadent: 1. ipius vaticinii locus, ordine enim consequitur post alia Oracula, ubi electi Populi singularem felicitatem, ex divino foedere percepta commoda & decora ad coelum usque depraedicat Bileamus; an vero putandus est, in recensendis Israëlis bonis, silentio praetermissis, quod inter caetera amplissimum fuit & splendidissimum, Messiam nempe ex Jacobi stirpe oriundum,

qui totius Israëlis spes ultima fuit, ac coelestis in eum munificentia principium & fons, ut in Davide rebusque ejus prosperis haeret? cum Davidici regni gloria mox in nepote Roboamo deliquum passa, ad Aegyptii & Assyriaci majestatem, opes, rerumque gestarum magnitudinem, collata per exigua sane fuerit. Vide secundo loco, quam solenni praefatione utatur Prophetæ, velut mentes ad majora audienda erectorus. *Balaam filius Beoris dicit, is qui oculis apertis humi prolapsus ait &c.* ut vigilantis ecstasi, & divini spiritus illapsum notet. 3. Agitur res longa futurorum saeculorum intercedine diffusa; quod aptius in Messiam quadrat, non nisi millenio post Davidis natales exoriturum mundo, quam in Davidem, sat brevi, si Propheticam temporum aestimationem sequaris, Bileami aequalibus exspectanduni. 4. Constanter Iudacorum de nostro Oraculo, tanquam Messiam spectante, opinio fuit; quod ex Veteris & novi Testamenti Scriptorum testimonio firmatur, ad illud, dum de Messia agunt, saepe adludentium. Denique quod momentosissimum est, ejusdem Oraculi in Christo nostro implementum, infinitis partibus luculentius, & augustius quam in Davide: quae duo mihi nunc ultimo ostendenda restant.

Stella

Stella processat ex Jacobo. In Textu legimus דָּרְךָ פִּיכָּב quod, ut observatum est eruditis, ex Hebraeorum stilo, non tam sideris ortum notat, quam stelliferi cursus processum, anfractu suo medium coeli partem petentis. Num quis vero tam hebes, ut ex Judaea ortam stellam, medium coelum cursu suo peragrandem, & luce nova hemisphaerium collustrantem audiens, continuo Christum non agnoscat, cuius adventum Malachias, Vatum extremus, orienti soli adsimilare non dubitat: Balaamo ob saeculorum longa intervalla stellae duntaxat cujusdam specie visus, quam vix oculorum acie per immensa coeli plagas consequi potuit? *Video, inquit, sed non modo, intueror, sed non prope.* Malachias contra proprius adspectans, quadrinquentorum circiter annorum spatio dissitum: *Vobis, ait, nominis mei timentibus exortetur sol justitiae.* Idem nempe de quo apud Esaiam dictum: *parum est ut mihi inservis instaurandis tribubus Jacobi, sarcendiisque ruinis Israe lis.* Ideo te dedi lumen populis, ut salus mea sis ad ultima terrae. Esai. XLIX. 6. Iterum lumen populorum audit Cap. XLII. ubi dicitur iudicium juxta veritatem prolatus, neque festinanter abscessurus, usque dum leges terrae promulgaverit, sicque composuerit omnia & pacaverit, ut Insulac in officio

24 D I S S E R T A T I O

retineantur : quibus vaticiniis, quemadmodum in nostro, ut id obiter moneam, & *luminis & regni* pariter idea comprehenditur. Addit populum in tenebris ambulatorem magna subito luce circumfusum : quae etiam regionis mortis umbra obfitae incolas collustraverit. Sic Zacharias in Cantico recens natum sospitatem vocat, *Orientem ex alto ἀνατολῇ ἐξ ὑψοῦ*, astrum intelligens, quod tenebras dispellat, mortiferas a nobis umbras exigat, & splendore suo gressus ad carpendum pacis iter dirigat.

Addit *surrexisse sceptrum ex Israele* כִּיְשָׁרָאֵל וּקְם שַׁבָּת, non male verteatur etiam *furculus exsurget*, ex primaria vocis שַׁבָּת notatione. Cui interpretationi farent Pro-

Jerem. XXIII. phetarum loca, ubi Messias adpellatur ger-
z. Zach. men, surculus ex trunko fuisse, virga ab
V. 12. ejus stirpe succrescens, denique radix Da-
Elai XI. uidis. Verum sceptri notatio congruentior
1. Apoc. V. 5. videtur, ad regiam dignitatem Messiae,
summumque ejus imperium significandum,
quod etiam stellae coelorum verticem te-
nentis imagine repraesentatur. Jam video
quot scripturarum locis Messiae sceptrum

Psal. illud asseratur. O Deus ! thronus tibi sem-
XLV. 7. piternus. Regni tui sceptrum, sceptrum
CX. 2. est aequitatis, Dominus e Sione trans-
mittet sceptrum roboris tui, dicens, to-
per medias hostes tuos regnare jubeo.

Sed

Sed oraculo nostro lucem maxime foeneratur locus Apocal. Capite secundo, ubi Dei filius *stellae matutinae* nomine indigitatus, simul *Sceptrum ferreum* a patre accepisse dicitur, ut imperium in populos exerceat, quo etiam respicit ad pollicitum Psalmo II. vs. 8, 9.

Quac universa in Jesum nostrum proprio quodam jure competere certissimum est. Hujus regnum e coelo originem dicit. Unde Regnum colorum adventare clamat prodromus Messiac Johannes; ipso Christo dicente suum regnum non esse hujus mundi. A coelo venit Christus. *Nemo enim* Joh. III: in cælum ascendit, nisi qui inde prius descendit, scilicet *Filius hominis* qui in coelo est. Qua de causa cum Baptistes eximie *lumen* vocat, dum se ad id missum profitetur ut lumini testimonium perhibeat addens eum, qui de coelo est, super omnes eminere; certe elogium illud *luminis mundi*, aut *luminis in mundum venientis*, quo Christus in Evangelio decoratur, & supra universum Prophetarum coetum evchitur, mire stellam illam refert a Bileam conspectam.

Non solum ecclesiis Rex est Christus, e coelo jus regnandi adeptus, ejusque dominatus nihil terrestre sapit; sed ex coelo regnat omnipotenti vi, & sibi tradita in coe-

lis terraque potestate. Praeterea per ipsam veritatis lucem regnat, & late sibi populos subjicit, verbo & spiritu flectens animos & ad voluntarium & rationale obscurum trabens. Apostolorum enim praecconio homines docentium, tum in Christi nomine baptisantium, adjuvantibus miraculis, intusque adspirante Sancti Spiritus gratia, Deo conciliatae gentes & in foedus cooptatae, in unum veluti populum, in regnum unum sub Christo coauerunt. Hoc vero praecconium Christus per se & Apostolos a Hierosolymis exorsus, inde verbuna suum simul & sceptrum ad gentes transtulit, vaticinante Michea cap. IV. vs. 2. Quam prodigiosam rerum conversionem Paulus peragi potuisse negat, nisi sola virtute quondam jubantis Dei, ut ex mediis tenebris lux splendesceret. En tibi fatale sidus Bileamorisum, cuius quisquis lumine fruatur, non ambulabit in caligine, sed pacem vitamque accipiet. En exorientem in cordibus luciferum. En solema cuncta terrarum radiis illustrantem, benigno lumine foventem, & vegetantem omnia. Haec est gloria Israe-

Luc. II. 30-32. lis, salus in conspectu gentium parata. Hic denique Rex est adoratus Magis, cui ex Omnipotentis decreto, terrarum ultima servient. *Stella procepsit ex Jacobo, sceptrum surrexit ex Israele.*

Se-

Sequentia verba; *diruet angulos Moabi,*
& conteret verticem filiorum Seb: si ve-
 ra confiteri velimus, ad Messiam neutiquam
 pertinent, nec eorum in nostro Jesu imple-
 mentum quaerendum est. Ea enim, ut vi-
 dimus, revera a Davide praestita, uti & quae
 versu proximo praenunciantur. *Erit Idu-*
mea possessio, erit Sebir possessio hostium,
sed Israel opes comparabit. Dominabit-
 tur ei a Jacob ortus, & erit qui supersti-
 tes ex urbe perdet: qua omnia diserte hi-
 storiae fides Davidi vindicat, Messiae abju-
 dicanda. Audi modo quid ipse Propheta re-
 gius de se prædicat Psalmo CVIII. *Dous-*
tacutus est in sanctuario suo; exultabo
& dividam Siccemam, & convallem
Soccoth dimetiar. - - Muab tebes pelvis
meae, super Idumaeum projiciam calce-
mentum meum, o Palæstina, clamores ad
me laetos ede. Quis deducet me in civi-
tatem manitam? quis deducet me usque
ad Idumæam? Nonne tu Deus, qui pro-
jeceras nos, & non exieras, Deus, in
exercitibus nostris. - - In Deo erimus for-
tos & ipse concubabit hostes nostros.

Cæterum unius ejusdem Vaticinii partes
 inter Davidem & Messiam sic dispisci, mi-
 rum nemini videbitur, si in memoriam re-
 vocet superius observata, de ratione adflatus
 Prophetici, & vera oraculorum typicorum
 indole.

28 D I S S E R T A T I O

indole. Quoties enim res duas internis sensibus objectas Prophetae in unum obscura perceptione confundunt, hinc sit ut ad Messiam speciali ratione pertinentibus nonnulla adhaerent, aut ipsi minus proprie tribuenda, aut etiam plane aliorum spectantia.

Attamen cum in genere populi Israëlitici fata Christiana Ecclesiae res adumbrent, & ipse David Christi typum gestarit, nihil vetat sub imagine debellatae Moabitidis, victorias Christo de Ecclesiae hostibus reportandas figurari. Per *angulos Moabi* igitur & *Filios Seth*, typice, si libet, intelligemus Idolorum antifaces, pervicacem Synagogam, gentes Evangelio iniunicas, Principes in Deum & Christum conspiratione facta docentes, Antichristum cum asseclis, verbo eos omnes quos *vers. à zebuas* nominat Paulus Ephes. II. quorum Satanas caput & princeps, qui que *tōn. Ρωμ. 13* titulo optime comprehenduntur, quos ferre jam Sceptro Christus elisit, & saepius profligatos ultima tandem die aeternum pessum dabit, cum igni flammante ultiorem infligens iis, qui Deum nesciunt, neque auscultant Evangelio Domini nostri Jesu Christi, qui poenam pendent aeterni exitii, expulsi a facie Domini & a gloria roboris ipsius. Cum venerit, ut glorificetur in Sanctis suis, & admirandus fiat in credentibus omnibus.

^a Thess.
I. 8-10.

A P.

APPENDIX

Quod fit Bileami consilium Num. XXIV.
*14. Balaco datum. Eidem Vati insigne
 apophthegma restitutum ex Michaea.
 Cap. VI. vs. 8.*

MAntissae loco lubet hic adponere novam interpretationem minus recte intellecti textus Hebraici versu 14. ejusdem capituli Numerorum XXIV. quam haud ingratam fore arbitrator S. Literarum studiosis. Ibi Behoris filius Moabitarum Regem sic alloquitur : *Nunc ecce pergens ad populum meum, dabo tibi consilium, ɬְצַעֲנָה quid faciet populus iste populo tuo.* Plerique Interpretes accipiunt de vafro illo consilio submittendarum mulierum a Moabitide, quae ad scortationem Israelitas prolicerent, simulque ad idololatriam impellerent; quo facto iram in se divinam accensuros, sibique ipsis exitium creaturos hand dubie sperabat. Dolus narratur capite sequenti, quem Bileamum machinatum fuisse perhibetur infra XXXI. 16., & Apoc. II. 14. eidem pestiferum illud consilium diserte tribuitur. At mihi aegre persuaderim tale quid nostro loco innui. Neque enim credibile est Bileamum divino tum spiritu adflatum, & constantissime.

me negantem se prolaturum quicquam, praeter id, quod coelitus jubetur loqui (vs. 12, 13;) cum inquam, dum S. Spiritus regimi-
ni obsequens prospera omnia Israeli jamjam
est ominatus, moxque iterum est omina-
turus (vide vs. 16-24.) infanda contra eun-
dem populum consilia interim agitasse, ta-
lesque in ejus perniciem cum Balaco insi-
dias struxisse. Adversatur praeterea huic in-
terpretationi orationis series, quae satis o-
stendit, illud consilium ea minime spectare,
quae Moabitae adversus Israelem designabant;
sed contra ea quae Israel ipse adversus Moabitas
est gesturus *יעשה העם הזה לעמך* אַעֲצֵךְ אֲשֶׁר בָּאַתְּרוֹתִיהָ הַיּוֹם. Ad duram certe & inaudi-
tam ellipsis configuiunt, qui sententiam
verborum sic reddunt: *Age, ostendam,*
aut consulam, quid tibi factio opus sit.
Deinde indicabo quid vicissim populus
iste facturus est tuo, postremis tempori-
bus. Scio Chaldaicum paraphrastem, item
Philonem & Josephum, ea omnia supplevis-
se: qui etiam consilium de subornandis
puellis latissime deductum, ipsis Prophetac
vaticiniis inferciunt. Sed falsi sunt, idque
omne ex ingenio commenti. Quemadmo-
dum fecit eos secutus Vulgatus Interpres,
qui textus etiam verba plane invertit, dum
spectat minus, quid revera dixerit Balaam,
quam quid ex opinione sua dicere debuerit.

Sic

Sic enim habet: *Dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat.* Neque multo arridet magis Calvinii sententia, consilium illud interpretantis, quasi Bala-cum juberet quiescere, ac bono esse animo, nil sibi verentem a malis, quibus post longa demum saecula gentem suam afflictum iri vaticinatur. Ejusmodi supplementis ad S. Textum interpretandum, si semel locus de-tur, nihil certe est, quod scriptoribus sacris adfigi non possit; quod tantum Virum, tamque subacti judicii Interpretem hic minus adverteisse mirum est. Omnes fefellit ver-bum *yy*, quod quidem Hebraeis vulgo so-nat *consilium dare* aut *inire*; at aliam quo-que significationem ferre potest ex Arabico idiomate repetitam, *بَشِّد* Arabibus est, *ad-monuit de adventu hostis*: unde ipsi etiam *بَشِّد* vox est, qua speculator suos mo-net de hostium (*a*) adventu, vox eadem est. *Tsade* tantum, quo elemento Arabes ca-rent, in Arabicum *Ta* ejusdem organi li-teram mutato. Vides quam apposite & proprie loquatur Balaam, hosticos incursus & strages ingentes Moabitidi praenunciatu-rus. Speculatoris nempe vicem praefstat va-tes,

(a) Simile quid sonat *תִּשְׁחַד* Ezech. XXXIII. 4. de speculatore.

tes, qui e longinquo ingruentem procellam cernens, clamore sublato Regem admonet, ut rebus suis prospiciat. Nec ab ludunt quae mox vs. 16, 17. habentur, confer Habbacuci II. 1. De consilio autem quod in Israe lis perniciem machinatus est Bileamus, cum hic fileat S. Scriptor, ac proximo capite postquam rem totam enarravit, instigatore Bileamo כרך נלעם factam memorat, conjicere proclive est, Ariolum, postquam Regi valedixerat, in vicina Madianitide substitisse, atque ibi, cessante divino adflatu, cum sibi hominem vaecordem permitteret Deus, propriisque affectibus traderet, partim livore in Abrahae genus, partim inolita avaritia ductum, ut Balaci gratiam amissam recuperaret, nec sperata, si pote, merccede fraudaretur, hanc technam solerter sane excogitatam suggestisse Regi; Cujus postmodum meritas poenas luit, ab expedito agmine, cui Phineam Moses praefec-
rat, cum caeteris Madianitis interemptus, ut Numerorum Capite XXXI. legere est.

Infelicem vero illum, cui tot eximiis do-
P. L. tibus instructo, *arcatum sapientiae suae
8. manifestaverat* Deus, quod cupiditate ex-
coecatus, & sacra auri fame transversus ac-
tus, tanta bona in suam perniciem vertit!
Certe non tenui coelestis philosophiae noti-
tia imbutum fuisse, arguunt, quae adeo prac-
clara

clara sensit de Numine, hominum erga illud officiis, quaque a nobis potissimum ratione coli debeat. Id patet in primis ex egregio responso quod Mosi praetermissum, opportune servavit Michæas revelationum Capite VI. Locum, quoniam insignis est & vulgo prave intelligitur, diligentius expendam. Incipit ille versu quinto. *Popule mi*
[Israelem adfatur Propheta] memorato qua-
so quodnam consilium inierit Balacus Mo-
bitarum Rex, & quidnam ei responderit
Bileamus Behoris filius e Sittimis Guil-
galem usque, ut justa facta Jehovæ in-
telligas. Quanam re antevertam Jeho-
vam? an incurvis adorabo Deum excet-
sum? an eum antevortam holocaustis, &
vitulis anniculis? An Jehova chiliadi-
bus arietum delectatur, aut myriadibus
torrentium olei? Dabo neci primogenitum
meum victimam pro delicto meo, aut fru-
ctum uteri mei, ut sit victima pro pecca-
to animae meae? Verum indicavit tibi,
ô homo, quid bonum sit, quid Jehovah
exigat abs te, scilicet ut facias id quod
jus postulat, ut ames benignitatem, atque
humiliter coram Deo tuo incedas. Mirum
quantum loci, totius sententiam pleraque
versiones obscuraverint, dum suis addita-
mentis, in alienum sensum detorquent;
cum alioqui satis proclivis foret intellectu.

C

Falso

Falso nempe existimatum eandem hic technam commemorari, de qua modo locuti sumus, atque unus error cunctos fere Interpretates in devia egit. Neque enim Hebreæ id ferunt, neque sic ys. 5. cum sequentibus, quibus Israelem inducunt loquentem, ullo nexu cohaeret. Quod enim Judaeorum populus hic quaerens inducitur ex vulgaris interpretatione, filum abrupnit Propheetici sermonis, nec quicquam cum Balaci consilio ad fine habet. Alia longe res agitur. Memoratur nempe Oraculum aliquod Bileami, in gratiam Moabitæ Regis editum, quod notissimum apud Israëlitas fuisse oportet; licet illud Sacra Mosis historia omiserit, ut nonnulla alia tacuit, quorum ad posteros tamen memoria indubitate diminavit. Convenerat Filius Tsipporis Bileamum, quem summi Numinis vatem toto Oriente celebrem, & coelestis revelationis aura adflatum noverat, ex eo quaesitus, qua ratione sibi Deum placare & propitium reddere possit. Rogat qualis cum cultus deceat, quo hostiarum genere potissimum delectetur? cuiusmodi munieribus & piamentis deliniri queat? *Quanam re antevertam Dominum?* *incurvus adorabo Deum excelsum?* &c. Res ea maximi momenti fuit, de qua Prophetam quem in consilio suorum Societatem tam

tam studiose acciverat, ante omnia sciscitari oportuit. *Numquid dabo primogenitum meum*, &c. Ex superstitionis more & instinctu homo Ethnicus locutus est. Solebant enim humanae victimae idolis offerri. Quod, ut transcurso moneam, Israelitis grande piaculum, qui lege per Mosem lata differte id vetitum probe scirent; adeoque absurde & parum ex decoro talis ipsis sermo, de vero Deo Jehovah praesertim loquentibus, apud Michacam ad fingeretur, qui contra Balaco mire congruit, ex dira superstitione, quae per Syriam & vicinas regiones invaluerat, ejusmodi sacrificiis assueto. Horum speciatim exemplum habemus 2do. Reg. III. 26, 27. & in Rege quidem Moabitidis, qui bello pressus, filium primogenitum & haeredem regni holocausta obtulit in ipso regiae muro. Prius dixerat Balacus, *an incurvus adorabo Deum excelsum?* pro more scilicet idolatrarum Arabum, qui inclinato corpore, & manu (a) ad os admota, solem, lunam, & coelorum exercitum venerabantur. *Eumne antevertam holocaustis & vitulis anniculis?* Talia obtulisse legitur Num. XXIII. 1., ut sibi Deum propitiaret. *An chiliadibus arietum delectatur & myriadibus torrentium olei?* Magnifica,

(a) Vide Jobi XXXI. 26, 27.

ca illa sacra decuit Regem pollicet, supra
privati hominis censum posita, qualia de
Davide, Salomone, Ezechia, Josia, Sacri
annales referunt, ut profanae historiae he-
catombas a ducibus Regibusque immolatas
passim produnt.

Huic vero respondet Propheta: *O homo!*
indicavit tibi quid bonum sit, quid Do-
minus abs te requirat, & quae sequuntur 8.
ostendit nimicum pura mente & sanctitate
morum Deum in primis coli velle; qui vir-
tutis opera quibusvis hostijs & ritibus ante-
ponat. Tali oraculo, quod saepius decan-
tatum meminerant, degeneres Judaeos Mi-
chæas, aut potius Deus ipse, sui officii ad-
monet. Tacite præterea Achabum, quo
regnante partem vaticiniorum edidit Mi-
chæas, Balaci comparatione vellicatum cre-
diderim. Textum ergo versus quinti sic
vertendum censeo. *Mi popule in memo-*
riam tibi veniat responsi illius incliti
quod a Bileamo tulit Balacus, dum eum de
optima ratione cultum Deo exhibendi con-
suleret. [nam verbum γε, ut apud Graecos
βελεύεσθαι & συμβελεύειν, tam petendi, quam
dandi consilium significatione pollet.). Et
verba sequentia, יְהוָה לִמְעֵן דָּעַת צְדָקֹות יְהוָה ut
disceret justicias Domini, ad Balacum re-
fero, per צְדָקֹות יְהוָה מִזְמָרָה נָפָךְ ju-
sticias

stitas Domini, omnia illa intelligi sensus quae ad Divinum cultum pertinent, quicquid sibi ab hominibus officii praestari Numen suo jure postulat; quoque praefito Divinum favorem promereri possunt. Quod vero interjicitur, *a Scittimis usque ad Guigal*, id ad temporis notationem pertinet, ut sciant Judaei quandonam id oraculum prolatum fuerit; nempe quando in Scittim regione Moabitica tenderent. Vide Num. XXII. 1. XXV. 1. quae ultima corum statio memoratur ibidem XXXII. 49. unde castra non moverunt, nisi ut, Josua duce, trajecto Jordane in Guigal pervenirent, ubi foedus instauratum Josuae V. 9, 10. sic ut memorabilis historia huic satis notae temporis periodo adsignetur, quod a mansione Scittim ad stativa in Guigali posita effluxit.

Sic responso suo Bileamus primaevae religionis jura vindicavit, cultum vere Deo dignum indicans. Pura nimirum mente litari, mitem animum, recti tenacem, in Deum obsequentem, erga homines beneficum, quibusvis Sacrificiis ipsi acceptiorem esse. Quod Ethnici naturae instinctu partim videbunt, & saepius inculcarunt Prophetae, sed plenius tandem Christus docuit, atque sua auctoritate sanxit.

Caeterum hanc Micheae loci interpretationem, quam pro indubitata habeo, gratus

38 D I S S E R T A T I O

profiteor me debere illustri & eximio Prae-
Butler fuli Anglico, Jos. Butlero, Bristolii cum
Serm. maxime, ni fallor Episcopo. Is eam nude
VII.
Upon the character of Ba-
laam p. aperuit, non additis quibus stabiliatur argu-
mentis. Quae vero huic contulimus, re di-
ligenter explorata, si probentur tanti inge-
nii Viro, satis amplum operae praemium
reportasse nobis videbimur.



DIS-

DISSERTATIO SECUNDA.

*De Enoch & Eliae raptu, Gen. V.
24. 2 Reg. H. 9-12.*

DE argumento differere adgredior ad contemplationem jucundissimo, simulque ad fidem momentosissimo; celebri nimirum, quem S. Scripturae memorant, Enoch & Eliae raptu. Quod egregium Virtorum sanctissimorum par, exemplum piis omnibus per saecula propositum est, ut spem foveret immortalitatis illius, quae postquam hominibus velut inter nubila cœlitus coruscaverat, per Christi demum Evangelium in clara luce collocatur. Dum raptum dico, utor proprietate sermonis, eam opinionem secutus, quae & historiac S. textu innuitur, & satis magno, tum Iudaeorum, tum Christianorum consensu dum stabilita fuit. Eliam scilicet & Enochum, legi in universam Adae sobolem latæ prodigialiter exemptos, non mortem oppetiisse, sed e terris vivos corpore animaque ad beatorum regiones fuisse traductos. Hanc vero sententiam ut contra dissentientes

40 D I S S E R T A T I O

tes vindicem; nec traditione Christianorum ait Judaeorum usi decreti; nechorum Magistros, illorumve Doctores, seu veteres seu recentiores, ad partes vocabo; nec Philonem, Josephum; Apocryphos, in consilium adhibeo; nec discordium versionum & omnigenum Interpretum aliquem conventum indicam, in eam partem quae numero vincet, ut multi solent, concessurus. Solius Hebraici textus rite expensi apud me valebit autoritas. Tria igitur tantum hac mea commentatione elimpidare conabor. Et primo quidem perquiram, quodnam de Enoch & Eliae exitu judicium ferre oporteat. Illo, quas ob causas rem adeo memorabilem Historia Sacra caligine quadam involvere studuerit. Tertio denique loco probaturus, quoquo modo uterque ille & ventus accipiatur, haud leve inde momentum accedere fulciendae roborandaeque immortalitatis fidei.

- I. *Enochi exitus qualis fuerit, ex S. Textu di- gen- v.* Circa Enochum haec legimus Genes. V. 24. *Et ambulavit Enoch cum Deo, & non ipse fuit, quia Deus eum sumpfit.* וַיֵּה לְרֹאשׁ הָנֶג אֶת הָאֱלֹהִים זַעֲנָנוּ בָּבָל. *simplicia nec diffi- cilia expositu, sed notationem valde gene- ralem habent. Ambulavit cum Deo:* morum id sanctitatem denotat; castum, inculpatum, atque ad divinas leges exactum vitac

vitae institutum. Perhibetur Enoch a corruptelis sui seculi hominum abhorrens, Numini, quod reverentia summa & amore flagrantissimo prosequebatur, socium quodammodo se adjunxisse, & tanquam ipso teste & judice, facta sua omnia & cogitata composuisse. Eo sensu dictum Abrahamo; *coram facie mea ambula atque integer es.* Gen. Quin David ipse de se Psalmo XVI. Posui XVII. 1. *Dominum coram me semper:* vitae non minus incorruptum tenorem, quam repositam in Deo fiduciam intelligens. Neque capi neccesse est de Prophetico Enochimuncere, aut publico in Ecclesia ministerio. Ut nec Gen. VI. 9. ubi de Noacho idem dicitur, quanquam 1. Sam. II. 30. de sacerdotio eam locutionem usurpari ex circumstantibus patet. Sed de Enoch perinde ac de Noacho accipiendum. Ubi quod *ambulasse cum Deo* dicitur, idem valeat quod praecedens encomium, *viri justi & integri in aetatibus suis.* Non moramur enim Jarchii inceptias, justum cum quidem, sed levem inconstantemque perhibentis; quasi solitus esset citò ad malum deflectere, eaque de causa immatura morte saeculo eruptum. Id forte hausit ex pseudo-Salomonis Sapientiae IV. 7-14. verbis, de Nostro intellectis; aut Apocryphi Scriptor ipse si Enochum intendit, ex traditione nescio qua, nullius certe

42 D I S S E R T A T I O

te precii. Sed apage Rabbinorum somnia: qui, quoties tugantur & delirant, anti-
quum morem obtinent. Nos Sacrac paginac
adhaerescimus.

'Addit Moses, וְאֵין נוּן & non ipse. Sensus
obvius, h. c. non ipse amplius fuit, visus
est, aut apparuit inter homines. Ratio
additur, quia nimirum Deus ipsum tulit,
aut sumpsit. כִּי לְקֹח Hic vero Interpretes
inter se digladiantes mirari subit, aliis con-
tendentibus verbo לְקֹח & voce אֵין נוּן mor-
tem proprie signari; adductis in id scriptu-
rarum luculentis testimoniis: dum alii con-
tra, & eorumdem verborum vi, mordicus
pugnant intelligi debere raptum hominis vi-
vi(a). At utrimque ni fallor opera ludi-
tur. Nam incassum laborant, qui hitce vo-
cibus mortis propriam notionem subjiciunt,
quae minime iis hacret ex nativa & pro-
pria significatione; aut vicissim alii, dum
eundem iis sensum abjudicant, quem ta-
nacr optime patiuntur, ut pluribus in locis
ex contextu sit manifestum: haud satis animi
advertentes, ejusmodi vocibus ambiguis,
aut

(a) Ide factum ut in Thargum Onkelosi ad h. l. vulgo
legatur & non interficit illum Demimus. Dum contra exemplar R. Menasse adlegatum tanquam melioris notae, no-
gantem particulam non habet. Scilicet non verbum ver-
bo reddere curarunt Paraphrastae, sed sensum, qualis vi-
debatur ipsis, expresserunt. Vide Heiddegerum ubi inf.
p. 257.

aut potius generalem tantum potestatem complexis, diversos sensus pro re nata compete-
 te. Apud Ezechialem לְקַח de morte uxo- Ezech.
 ris necessario intelligitur. Capite LIII. Esaiæ XXIV.
 מִעֵד לְקַח ^{16.} de coelesti auxilio quo Messias e Gen.
 malorum gurgite emersit. Rursus de Jo- XLII.
 sepho dictum legimus, qui mortuus Jaco- ^{36.} Jerem.
 bo Patri credebatur, וְאַתָּה. Pariter in Ra- XXX.
 chelis ore liberos tenellos deflentis, אַיִלְמָם. Psalm.
 Apud Psalmem Deum suppliciter orantem xxxix.
 ut sibi vitae suae finem notum faciat,
 כָּתְרָם אֶל וְאַנְנֵי interpretandum *antequam*
moriar. Argumento ipso admonemur sci-
 licet, & verborum contextu, generalem
 ideam τὸν & לְקַח וְאַיִלְמָם ad specialem hanc
 significationem restringi; adeo ad utrum-
 que sensum exprimendum verba facile fle-
 xuantur. Quid de Enoch igitur censem-
 dum? Ex verborum propria vi neutrum ex-
 sculps, aut Patriarcham mortuum, aut
 morti exemptum fato concessisse ne innui-
 tur quidem, nedum ut diserte dicatur. Vi-
 ventem in coelos sublatum, ex sensu ver-
 borum grammatico nihilo magis eruas. At
 ultimum hoc aliunde patet, & quidem lu-
 culentissime. Unde? inquies. Brevi expe-
 diam, Si totius capitil narrata attento ani-
 mo perlustres, videbis Patriarcharum singu-
 lorum ordine actatem, qua procreare liberos
 coeperunt, tum liberorum numerum,
 deni-

DISSENTATIO

denique vitae totius curriculum & annorum
censem sedulo prescribi, addita omnibus so-
lenni formula **¶** *mortuus est.* Solas
excipitur Enochas, in quo caetera quidem
quae reliquis de aetate, progenie &c. appo-
nuntur, addito singulari encomio, quod
una cum Deo per annos trecentos ambula-
rit. Sed quid postea? *Et non fuit, aut*
apparuit ipse amplius, eum enim Deus
sumpsit. Quis hic non advertat i. mer-
cedem constantis in Deum pietatis insi-
gnem indicari? inde singulari circa
eius de mundo exitum providentiam. Certe
majorem ejus rationem Deus videtur habuisse
quam Patris Jared, aut filii Methusalem,
reliquorumque qui nominantur patriarcha-
rum, ac peculiari se erga illum modo ges-
sisse. Nec mysterio caret, aut absque gra-
vi aliqua causa factum, quod in hoc uno
Moses consuetam loquendi formulam ver-
tat, & mortis mentionem omnem secludat.
Dices eo notari subito & improviso extin-
ctum Enochum, ejusque cadaver, ut Mo-
si obtigit, Dei cura singulari amotum ab
hominum conspectu. Sed quid hoc est,
^{Deut.} si non divinare est? Ac Mosem quidem ab
XXXIV. ipso Deo sepultum discimus, addito, mor-
talium nulli locum, ubi corpus jaceret,
pervestigatum aut conspectum; de cadavere
Enochi aut sepulchro altum silvum:
Dicatur,

citur dūntaxat non amplius visum esse, aut in terris apparuisse, quia tūlit eum Dominus. Quod sic intelligere proclive est, Deum ejus virtutem remuneraturūm, ad se, sicut erat vivum transtulisse; & cuiusjam Societate quadam & convictu, si ita loqui licet, usus fuerat, eum ad arctiorem secum gloriae communionem evexisse.

Sed item omnēm dirimit Apostolus ad Hebreos Cap. XI. ¶ 5. docens fide Enochum (a) translatum τὸ μὲν ἴδιον θάρατον, ut non videret mortem, quia eum Deus transtulerat: interpretatus phrasin, ambulasse cum Deo, post τὰς δὲ περιπέτειας τῷ θεῷ Deo placuisse. Videre mortem, notus Hebraismus pro mori. Sic Psalmo LXXXIX. 49. quis homo vivet, & non videbit mortem, יְלֵא יְרַא כָּוֹת, vitamque e manu sepulchri eripiet? Vitiligatur quidem (b) scriptor anonymous, videre mortem, & gustare mortem, pro

litteris: Et quid videt mortem, & gustat uno

(a) Arabs supplet h. l. in *paradisum*. Quae autem de Paradiſo terrestrī, diluvianis aquis impervio, ubi Enochus cum Elia delitescat, fabulantur Judaei & Mohammedani, cum nauci sint, tunc praeteribimus. *Meydānīs mīrāt al-θāqib*, sic vertunt σ. ν. nostro loco, unde Paulus *mīrāt al-θāqib*. Vide num hinc forte sit, quod Enoch *Metatron* cognomen habet, in cuius etymō investigando tantum sudarunt critici? Vide Heidegger. *Vita Patriarcharum Exerc.* IX. p. 253.

(b) Dissertatione Gállice Scripta *De Enochī & Eliae raptu* in *Bibl. Brit.* tom. XI. p. 197.

uno sumi eodemque ; allegaris versibus 51.
& 52. Capitis VIII. Evangelii Johannis. Ultimam simul locutionem contendit mortis
terrores & angustias notare, citans locum ad
Hebr. II. 9. de Christo pro omnibus mor-
tem gustante. At perspicuum est, cum parum
legitime argumentari. Nam quod Christi
mors gravius aliquid complexa sit, quam
quod passim fato concedentes homines ex-
periuntur, inde nequitiam efficies, yé-
tæ : ḡayātæ, mortis terrores & agona in-
dicare. Multo minus, quando haec phra-
sis cum altera idem ḡayātæ permutatur, &
promiscue usurpatur, utramque peculiari
illo sensu sumi. Quidquid vero Dominus,
loco Johannis laudato, in se credentibus
pollicetur, nihilo secius ibi idem ḡayātæ,
pro *mori* simpliciter ponitur. Longe enim
aliud est docere, quid sermo ad literam so-
net, ex ipsa proprietate verborum ; aliud
reconditam & mysticam ejusdem sermonis
mentem eruere. Diserte testatur Paulus de
Enocho , eum fide placuisse Deo, atque
ejusdem fidei vi, qua cum Deo ambulavit,
e terra translatum, adeo ut mortem mini-
me experiretur. Si ergo iis quae textus Mo-
saicus suppeditat, clarum scriptoris ḡeotréu-
tæ ad Hebraeos testimonium addas, lique-
bit jam , & supra omnem ponetur dubita-
tionis alcam , Enochum mortis expertem
fuisse,

suisse, ac eximia supra mortales caeteros praerogativa gavisum, ut vivus ex hisce tercis ad beatorem vitam, & coelestes mansiones transcriberetur, praemium pietatis & fidei reportans, nulla satis oratione extollendum. Frustra nunc argutareris, Mosem insueta circa Enochum locutione usum, & raptum ideo dixisse, quoniam, tribus tantum cum dimidio fere saeculis apud homines exactis, juvenis adhuc &, prout horum temporum ratio ferebat, immatura morte decessisse censendus est. Praeterquam enim quod Historia Sacra non ait, כהצ' ימי לכה, uti cum Psalte Ps. CII. 25. eo sensu dici debuerat, sed simpliciter וְלֹךְ; optimus Mosis interpres Paulus, mortem non vidisse, aut quod eodem redit, mortuum non esse Enochum disertissime testatur.

Nunc veniamus ad Eliam. Hunc quoque vivum coelo receptum constans fert Iudaeorum traditio. Cui suffragatur Auctor Libri I. Maccabaeorum Cap. II. 58. ἀνελίφθη, ait, [Ηλίας] εἰς εἰς τὸν οὐρανόν. Nec obscurius multo Siracides; ὁ ἀνελίφθεις εἰς τὸν οὐρανόν ποτε οὐδεὶς, εἰς ἄρματι τῆπτων πυγίσκων. - Ηλίας ὁ εἰς τὸν οὐρανόν ἐσκεπάσθη. Eccl. XLVIII. 9-12. Cujus traditionis, haud magnum alias per se pondus habiturae, firmissimum fundamentum in diserta S. Scriptoris narratione agnoscimus 2do. Reg. Cap. II. ex qua

2. De
raptu E-
liiae nar-
ratio 2
Reg. II.
elucida-
tur.

qua simili modo, imò fortius arguere licet, ac in Enoch instituimus. Ab ipso jam Capitis initio (inadfectatam interim adverte prolepsin, tanquam de re satis nota simpliciter loquentis) in cœlum turbine subvehendus Elias, ut pareret ad se vocanti Deo, dicitur Elisaeo. Discipulo valedicere voluisse, qui tamen reluctanti constanter adhaesit. Huic Prophetarum filii a Bethel obviām facti: *nostine*, inquiunt, *quod Jehovah sit latus Dominum tuum* (a) *de super u Capite tuo* לְקַח אֶרְוֹנִיךְ רָאשֵׁךְ. Ah! Discipuli Jerichuntem versus idem monitum ingeminant. Elias ipse dilecto συνεγώ valedicturus, pete, inquit, *si quid a me tibi tribui exoptas, antequam auferar abs te,* אַל קַח מִצְמָךְ. Versu denique undecimo raptus ipse describitur. *Evenit, dum colloquentes ambularent, & ecce currus igneus cum igneis equis eos a se invicem disjunxit, & turbine Elias adscendit in coelum.* וַיַּעֲלֵה אֶלְيָהוּ בְּמִצְמָךְ הַצְמִים. Additur sequenti versu, Eliam, intuentis Discipuli tandem oculis eruptum, וְלֹא רָא֨וּ וְזֹאת vides mortis mentionem nullam, imò ne minimam quidem suspicionem injici, sic que studio narrationem texi, talem verborum delectum fieri, ut in coelum Elias vivus sublatus concipiatur.

(a) Locutio notanda, quae cum triumphali Eliac ad suspira adscensu optime congruit.

piatur. Id tamen praefracte negat supra memoratus *anonymus*; volens aut flamma combustum, aut turbine suffocatum Eliam, non corpore, sed sola anima coelos petuisse. Ut autem opinionem parum plausibilem quodam veri similitudinis teclorio incrusteret, vim S. Textui non dubitat inferre manifestam, pertendens verbum **העללה** idem valere quod Psal. CII. 25. pro *de medio sustulit*, aut *holocausti* more turbine flameo *consumpsit*. Aut si id magis arrideat, per ipsum licet ut verba versus undecimi sic interpreteris; *adscendit Elias per tempestatem aut turbinem coeli* **נסערה השמים**. Sed siue **העללות** jungas cum **השימים**, siue hanc ultimam vocem connectas cum **סערת השמים**, neutrum procedit ex Hebraeae Linguae genio interpretamentum. Neque enim *tempestatem coeli* aut *coelestem* Hebrei solent dicere, inepto satis pleonasmo, unde enim tempestates, nisi e coelo, id est aere & atmosphaera terram ambiente? nec *adscendere coelum versus*, idem sonat quod *mori*, aut morte terris cripsi. Nulla enim hic sit altaris aut victimae mentio, quae holocausti cogitationem suggerat. Nec ad id apposite Psalmi CII. locus adducitur. Vox enim ambigui significatus, qualis est **העלית**, pro phrasologiae diversitate sensum variat, aliud notans quando cum **השימים** ponitur, aliud

D

quan-

50 D I S S E R T A T I O

quando cum בְּחִצֵּי יְמִם hic mortem significat, & quidem acerbam, qua quis in ipso aetatis flore & medio vitae cursu abripitur: illic contra, triumphalem e mundo egressum, quo vivus in coelos penetrat Elias. Seu verba igitur nude spectare velis, seu ad rei verbis enunciatae speciem adtendas, non Eliae mortem, sed immortalitatem potius animo obversari necesse est.

Objicit nonnulla Anonymus, sed quae tam jejuna sunt & frivola, ut facile diluantur. 1°. quidem Filios Prophetarum qui ne sciverant terris Eliam jamjam eteptum iri, nentiquam credidisse vivum in coelos evectionum, sed vento abreptum & turbine suffocatum. Unde veniam petunt perquirendi cadaveris, spiritus aut potius vento רוח Domini in montem aliquem aut vallem conjecti, ut sibi imaginabantur (vsl. 16.) At id ex opinione propria hauserunt, & suspicione probabili. Quod enim sciverint hac ipsa die Eliam terris excessurum, non continuo sequitur modum ipsis istius excessus plane admirandum revelatum fuisse. Addit 2do. loco Elisaeum, simulac Magister ejus conspectui eripitur, vestes lacerasse. Quo, inquit, se mortuum lugere significat. Cum ex communi sententia ejus triumphum plausu atque effusa laetitia potius prosequi debuisset. Quasi vero doloris sufficiens argumentum

mentum non foret, tanti viri confortio & ope destitui, & carissimo, quem parentis loco habuit, praceptoris aeternum valedicere! 3o. Loco contra receptam sententiam urget, quod eo pacto Elias, quem Christi typum vulgo statuunt, Christum ipsum immortalitatis praerogativa antecelleret, cum vivus nempe ad aethereas sedes evolaverit, non prius mortem expertus: dum Christus, non nisi postquam surrexit a tumulo, coelos intravit. Nec sic accurate, si ipsum audiimus, respondebit typus antitypo. Sed longe in eo fallitur. Mors enim illa quae Christo summum gloriae fastigium, nobis vero sempiternam salutem attrulit, non ipsi ex naturae conditione, quae peccati excusores, morti obnoxia non erat, nisi pro peccatoribus fidejussisset; sed ex sponte suscepti muneris lege obtigit. Deinde vitam propria virtute recuperare, ut in coelum adscendat, quid maius est & praestabilius, quam si quis vivus a terra in sublime rapiat. Ea ratione longe vincit antitypus, cui minime par est typum per omnia congruete.

Sed his solutis captiunculis, duo argumenta excutienda restant melioris notae, quae ex aequo communem de Enoch & Elia sententiam feriunt. Prius desumitur a feriali lege Adami posteris sine exceptione

dicta; pulvis os, & in pulverem rever-
teris Gen. III. 19. conf. Hebr. IX. 27.
Rom. V. 12. Mirum esse objiciunt, si in-
duorum tantum, ex universo hominum ge-
nere, nec a labe peccati immunium gra-
tiam, huic legi derogetur. Respondeo, de
utroque Propheta perinde judicandum, ac-
de iis, quos terram incolentes ultima mun-
di dies offendet. De quibus Paulus ad Co-
rinthios; *non moriemur omnes, sed om-
nes immutabimur.* Ea enim corporis im-
^{1 Cor.}
_{XV. 51.} mutatio mortis ipsis vice erit. Nec uni-
versali decreto de morte obeunda magis
praejudicat Enoch & Eliac raptus, quam ul-
tima mundi aetate viventium ἀλλοίωσις. Ut-
triusque enim corpus censere aequum est,
in ipso per coelestes plagas meatu, meta-
morphosim quandam subiisse. Cum indu-
bitatum sit Apostoli, nec minus cum physi-
cis, quam Theologicis rationibus consenti-
ens axioma; *carnem & sanguinem regnum
Dei haereditatis jure non posse.*

Posteriorius argumentum hauritur ex dicto
Christi Joh. III. 13. *Nemo adscendit in
coelum, nisi is qui de coelo prius descen-
dit, filius scilicet hominis qui est in coe-
lo.* Unde sic arguunt; si nemo ante
Christum in coelis homo fuit, ergo non
Enochus & Elias. At levi opera hanc dif-
ficultatem amoliemur. Modò attende quae-
nam

nam eo loco Christi mens sit. Agit nimirum cum Nicodemo de doctrina sua, & divino testimonio quod coelitus ad homines attulit, cuique fidem indubitatam habere oportet quicunque salvus fieri cupit. Patet id praesertim ex antecedentibus versibus 11. & 12. Non ergo proprie negat quemquam in coelos adscendisse, sed sic adscendisse, ut inde Dei mandata ad homines referret. Quod decus uni Christo competit. Moses enim in monte tantum fuit, legem a Deo accepturus. Nec ullus ante Christum Prophet in coelum ivit, ut inde rediens hominibus Dei consilia patefaceret. Neque ipse id adfirmat de se Christus, quod adfirmare videtur, se primum hominum in coelum jam adscendisse (*a*). Nondum adscenderat enim in coelos, cum sic loquebatur, sed vero inde descenderat, tanquam a natali sede, quod postremum his verbis innuit; *Filius hominis qui est in coelo.* Nos enim Socini somnia non moramur,

II. Hucusque vidimus tam ex Mosaica, quam ex Auctoris Libri Regum narratione, duos dari viros, quibus tam felicibus esse contigit, ut libitinae lege soluti, ex hoc morta-

(*a*) Id speciatim de Davide negat Petrus Auctor. II. 34. dum ex Oraculo Psal. CX. Christi adscensum in coelos probat; non universum de quibusvis hominibus praeter Messiam; quod observatu dignum.

54 D I S S E R T A T I O

mortalitatis carcere in beatorum regna con-
cesserint. Enochum & Eliam dico, quos
aeternitatis candidatos scito post Tertul-
lianum elogio nuncupare possumus. Paucis
nunc disquirendum superest, cur utriusque
facti gloriam S. Scriptura veluti nebula qua-
dam obscurare studuerit. Rem enim de
Enocho innuit potius, quam claris docet
expressisque verbis. Raptum loquitur, de
modo silet. Circa Eliam, raptus ipse qui-
dem & adscensio describitur, sed uno loco
tantum; nec alibi uspiam aut ad Thisbitae
exitum adludit sacer contextus, aut vivere
etiamnū perhibet corpore & anima in
gloria coelesti. Eliam quidem in Thabore

Luc IX. cum Domino Jesu Sermones miscere apud
30. &c. Matth. XVII. 3. & seq. Evangelistas deprehendimus, sed Moses ei so-
cius additur, de quo Scriptura prodit certis-
sime naturæ concessisse, & ipsius Dei manu
sepultum. Enochus in ea scena non com-
paret, qui tamen, quia translatum ut mor-
tem non videret adseverat Paulus, ma-
gis apte comes Eliae dari putaretur. Ali-
quid hīc profecto mysterii latet. Quod e-
nim visibili forma tribus Discipulis Elias
conspectus fuerit in Domini transfiguratio-
ne, non evincit, vero & proprio corpore
apparuisse, sed specie humana tantum,
quali saepe Angeli sub V. Test. se dabant
conspiciendos. Quod idem de Mose int̄cl-
lectum

lectum velim, neque ideo resurrexisse magis crediderim, cum doctis quibusdam (a). Interpretibus, eo uno argumento nixis, quam Samuelem credunt, qui verum Samuelem Sauli visum censem in aedibus incarnatricis Hendoreae.

Id vero nonnullos in eam cogitationem impulit, ut existiment, Enochum atque Eliam, divina Providentia sic typos constitutos, & illustria specimina immortalitatis in Christo demum & per Christum exhibenda, ut rei ipsius non veritatem plenam, sed ejus tantummodo speciem aliquam & tenuem umbram, pro solita ratione typorum, exhibuerint. Ac quemadmodum Melchisedecus describitur tanquam ἀπάτωρ καὶ ἀμύτωρ, & in aeternum sacerdos, absque principio vitae, aut termino; non quod revera talis existiterit, sed quoniam Scriptura de ejus ortu, obitu, decessore, successore, & universa genealogia tacet; quo melius in ea Christi aeternum & ἀμετάθλον sacerdotium adumbret; pariter Prophetam utrumque, quod insigni quadam & supernaturali ratione vita excesserint, ac de eorum morte consultò scriptura sileat, egregium hominibus specimen dedisse beatæ immortalitatis, quam Christus Evangelio reclusit,

(a) V. Cleric. ad Deut. XXXIV. 6. & Matth. XVII. 3.

56 D I S S E R T A T I O

clusit, & in se tanquam absolutissimo exemplari dedit conspiciendum. Verum huic confugere nihil opus. Ab una enim parte Apostoli testimonio ratum est, Enochum morti sub ductum & vivum ἀναχωρήσαι πρὸς τὸ θεῖον, ut verbis Josephi loquar. Unde etiam jure Elias, quem Elisaeus, turbine superiora petentem, propriis oculis vidit, parili exemplo mortis exp̄s ad coelites evenitus concluditur. (Ecquis enim sanus putaverit, acrumnosae vitae praemium Vati eximio violentam necem constitui, a fulmine aut turbine incussam?) Nihilominus cum uterque typum & umbram tantum exhibuerit futurorum in Christo bonorum, longe infra Archetypi splendorem & praestantiam subsidere debuit. Inde fit quod Spiritus Sanctus de Enochī exitu loquitur tam parec, tam ambiguis & generalibus verbis; neque animam exhalasse dicens, nec diserte supremum diem explevisse negans. Inde est quod Elias flammeo turbine & procella comite divulsus, unum Elisaeum portentosi excessus spectatorem adhibet. Dum contra adscensus Christi, tum adstantium Angelorum satellitio illustratus; tum sereno & placido coelo manifestus, superveniente tantum nubecula; tum denique magna Discipulorum frequentia testatissimus. Inde tandem de dupli miraculo altum S. Scripturæ aliis locis

locis silentium; dum alias editorum priscis
saeculis prodigiorum passim memoriam re-
novant. Scilicet ante Christi natales non- Hebr. X;
dum patebat sanctorum aditus, nondum 19.
regni coelestis limen aperiebatur, vitaque
immortalis spes, praesertim corporum re-
surrectionis & ἀποκατάστασις τάρτων, sub
promissionum involucris latuit, in apertam
demum lucem a salutis ἀρχηγίᾳ eruenda,
& ejus exemplo comprobanda. Hujus ta-
men spei scintillas & coruscationes quas-
dam, in crepera, tum ante-diluviani Mundi,
tum Mosaicae oeconomiae nocte, pio-
rum mentibus adfulgere oportuit, ut ala-
criori animo quaererent τοῖς αὐλῷ ζητοῦσι
μιθαποδέτην Θεόν; & salutem a Redemp-
tori olim pararendam acrioribus desideriis
anhelarent.

III. Ut autem summatim disputata com-
plectamur, utcunque veteres Iudaci de cor-
porum resurrectione senserint, & quicquid Utrāque
historiā
fulcitur
spes im-
mortali-
tatis.
inde universa circa Enochum & Eliam quae-
stione statuendum sit, nihil inde fructus ex
utraque historia decerpendi nobis peribit,
nec parcius spei immortalitatis alimentum
suppetet. Enochum primum contemple-
mur. Is & Deum pio animo coluit, & quae-
rentium se remuneratorem credidit, & in-
sanabile sui temporis hominum ingenium
pertinxus, per trecentos annos fidei obse-

58 D I S S E R T A T I O

quio inculpatoque vivendi more, Deo, quo cum ambulabat, placuisse perhibetur. Hinc in medio vitae cursu raptus, & hujus mortalis aevi miseriis subductus ab ipso Deo diciatur. Quorsum vero, & quo raptum cogitabimus, nisi ad Deum ipsum & beatorem vitam? Pariter Eliás praeclarum omnis generis virtutum curriculum emensis, post varios casus, post tot discrimina rerum, tot in Prophetico munere exanclatos labores, & veræ religionis amore toleratas aerumnas, mundum egreditur. At quali exitu? praeclaro sane illo & inaudito. De quo Eliac discipulos, ne quis forte dubitet, an divinitus contigerit nec ne, Spiritus S. ante certiores facit. Subito nimirum apparentibus meteoris, ingruente turbine, curru flammæ coelum versus sublimis rapitur. Profecto, modo sit huic historiae fides, clarum est Prophetam non interire, sed tantum a socio divelli, & terris abstrahi ut beatiores sedes invisat. Quidquid de ejus corpore fiat, non e natura rerum evanescit Elias, non sensu deficitur, sed pollicitam a Deo virtutis, fidei, pietatis mercedem reportat.

Perculit proculdubio Elisaeum prodigiosa scena, piorumque post hanc vitam aeternos triumphos ei velut ob oculus posuit, dum magistrum, suis amplexibus avulsum, rapi
ad

ad coelos videt, virtute summi rerum conditoris. Quis enim nisi Deus, de incredibili eventu praemonere, aut tempestatibus imperare potuit; ut ad constitutum praestet essent? Nec solus ex tali viso Elisaeus fructum tulisse censendus est, qui simul ingens ad cunctos redit, quicunque Scriptoris nostri auctoritate moventur. Habemus enim Elisaeum Prophetam inclytum, qui rei oculatus testis fuit. Tum filii Prophetarum, et si raptum non conspexerint, trans Jordannem in loco non valde remoto constiterunt, ubi tempestatem sensisse, & flamas coruscantes, vidisse credibile est ex versu nostri Capitis 15. Eat nunc, quisquis in V. T. Scriptis alterius post hanc vitae argumenta requirit, aut immortalitatis antiquos Patres spem ullam fovisse negat; & talibus documentis ab errore manifesto ad saniorrem sententiam retrahi se patiatur.

A P

APPENDIX

De morte Mosis. Josephi Textus male intellectus. Alter Epist. Judae vs. 9. de pugna Michaelis cum Satana illustratur. Tullius in vertendo Xenophontis loco hallucinatus est.

COnjectura celeb. Clerici quam supra tetigimus, de resurrectione Mosis, in memoriam revocat *Josephi* locum vulgo perperam, ni fallor, intellectum. De obitu Legislatoris Hebraei loquens ἀφανίζει, ait, κατὰ τὸν φάραγγον. γέγραψε δὲ ἀυτὸς εἰ ταῖς ιερᾶς βίβλοις τεθνεῶτα, δίσας μὴ δὶ ὑπερβολὴν τῆς ἐπ' αὐτὸς ἀρετῆς ὥρὸς τὸ θνῶν αὐτὸς ἀποχωρῆσαι τολμήσων εἴπειν. In quandam vallem raptus inconspicuus factus est, scripsit vera in Sacris libris se esse mortuum, timens, ne ob eximiam virtutem ad Deum abiisse auderent dicere. Ad „ haec Clericus : Nescio quare periculosem „ judicat Josephus, si credatur Moses ἀπο- „ χωρῆσαι ὥρος τὸ θνῶν, modo ne ipse co- „ latur. Quod Henocho & Eliae contigisse „ narrant sacrae Literae, id sine periculo „ de Mose aequae innoxie credi potuit. Ac „ sane crediderunt multi Judaei, a quibus „ Olim probatus fuerat liber inscriptus, ἀν-

Anolis

ληψις Μωϋσέως". At vir doctissimus, (cujus mihi manes ignoscant) mentem Josephi non cepit, qui cum ultimum hoc Deuteronomii caput a manu Mosis esse, satis inepto quidem errore putaret, inde occasionem arripuit extollendi singularem ejus modestiam, quod non Enochii exemplo vivum se in coelos receptum, sed reliquorum hominum more vere mortuum prodiderit. Abuti scilicet noluit ad propriam gloriam opinione hominum, qui ex ipsius αφανισμῷ causam satis probabilem habuissent, ipsi vero ampliora tribuendi. Quod nihilominus accidit; ut ex libro ἀράληθεως & Targumistis patet. Quid si forte Josephus per recessum istum πρὸς τὸ θεῖον nescio quam apoteosis intellexit; ex doctrina nimirum Platoniconum, quam plus aequo imbibisse videtur Annalium Judaicorum Scriptor. Ultimum effatum Plotini morientis, uti refert in ejus vita Porphyrius; ωραίως οὖτις, φησι, τὸ εἰς ήμῶν θεῖον ἀράγειν πρὸς τὸ εἰς τῷ στατὶ θεῖον. Sic Moses, ex Josephi sententia, propriam mortem narrans, periculum idolatriac cavere voluerit; quod maius ex immortalitatis opinione, quam, uti vulgo censent, ex corpore reperto Judaeis impendebat. Merito sane Cretensum vanitatem atque stultitiam Hymno in Jovem exagitat Callimachus, Jovis, cui ubique Templa dedicabantur.

bantur, sepulchrum ostentantium. Κρήτες δὲι
ψεῦται καὶ γέροντάφοι, ὡς ἀλη, σεῖοχρῆτες ἐτε-
τίναρτο σὺ δὲς Γάρες, ἐστὶ γέροντάι. Neque
ulli libentius in Deorum numerum relati;
quam quos vivos ad coelum raptos vetus fe-
rebat populorum error, ut in Quirino seu
Romulo patet. Quo magis absconum vide-
tur figmentum illud, quod vulgo tradunt,
item fuisse Michaeli cum Satanā de Mosis
cadavere; dum Archangelus omni ope id
abscondere vellet, ne superstitioni cultūs
materiam praebaret, Satanās contra in me-
dium proferre. Valde miror nugas hasce
Rabbinicas doctis nonnullis adlubescere;
praesertim cum diserto S. Litterarum testi-
monio adversentur. Legimus enim Deut.
XXXIV. 6. Deum Mosis exsequias curasse,
& locum, ubi sepultus jaceret, data opera
occuluisse, nulli mortalium pervestigandum.
Scio esse qui huc referant locum ex Epist.
Iudae vs. 9. qui male intellectus, puti-
dae fabulae occasionem praebuit. Et ibi
dicta Apostolum volunt haussisse ex Apo-
crypho de analipsis Mosis, seu מושה פרשראת.
Quod divinant prorsus, cum pridem liber
interciderit. Imo indicat ipse titulus nihil
simile complexum esse, nec de Mosis cada-
vere locutum, qui Mosem docent nun-
quam vivere desuisse. Quicquid sit de ope-
re hoc, cuius deperditi damnum aequo ad-
modum

modum animo ferimus; manifestum est alio Judam respexit, ad visionem nimirum memoratam Zachariae Capite III. ubi Michaël cum Satana de Judaeorum instaurazione litigat. Pontifex Jehoschua in illo viso Reipublicae Judaicae personam sustinebat, utpote cum Zorobabel Judaeorum in patriam reducum caput & summus magistratus. Unde Cap. IV. sub duarum olearum symbolo signantur, in augurium perennis rerum Judaicarum felicitatis. Cur autem Hebraeorum nationem *corpus Mosis* vocet, ratio esse videtur, quod Moses illa pro capite, (אֶבּוֹת רְאוֹשׁ Hebrew dicunt) legumlatore & fundatore agnoscat. Forte quia Mosis corpus post mortem nusquam repertum, id huic loquendi formulae originem dedit, ut scilicet innueretur Mosis Remp. Judaicam in his terris reliquias esse, eique corporis, quod ex hominum conspectu cyanuit, vicem praestare; licet aliunde defint auctoritates, quae talem usum probent. Eum saltem suspicor ex Lucae XVII. 37. exculpi posse. Ibi Christus postquam Hierosolymae ultimum per Romanos excidium vaticinatus est sub involucris, ut solent oracula; Discipulis arrogantibus subinam talia contingent? respondet; ὅποι τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ αέτοι. Proverbiali locutione usus, ut aenigmatice indicet, Judaeam

a

a Romanis exercitibus deletunt iri, pro $\pi\tau\omega\mu\alpha$, ut habet paroemia, & magis proprium erat, ponit $\sigma\tilde{\omega}\mu\alpha$; intelligens, mea quidem sententia, $\sigma\tilde{\omega}\mu\alpha$ *Maustræs*; intellectu obvio, propter usum promiscuum locutionis, tum, uti suspicor, eo sensu usurpatae, quem admodum pro γυψί ponit αέτες, aquilas pro vulturibus, adludens ad Romanorum signa. Sed in Marthaeo $\pi\tau\omega\mu\alpha$ legitur, quod Reipublicae, velut anima & vita cassae, conclamatum statum graphicè depingit. Igitur *corpus Mosis* apud Zachariam idem valere existimaverim quod Lib. 2. Maccabæorum Cap. XV. vs. 12. $\sigma\tilde{\omega}\eta\mu\alpha$. ubi refertur Oniam Sacerdotem, Judæ Macchabæo in somnis visum, expansis manibus κατεύχεσθαι τῷ ποντὶ τῶν Ἰσδαίων οὐσήματι. Ibi Vulgatus habet *populo*. $\sigma\tilde{\omega}\eta\mu\alpha$ enim, perinde ac $\sigma\tilde{\omega}\mu\alpha$, pro corpore politico apud bonos autores sumitur. Inde quoque Ephes. I. que Paulus $\sigma\tilde{\omega}\mu\alpha$ χριστὸν Ecclesiam vocat. Cujus nimirum Christus caput est, quem admodum Moses fuit Reip. Judaïcae, si ejus civilem & religiosum statum spectas. Si vero genus respicis, Abraham fuit caput. Conjectio autem nomenclaturam illam $\sigma\tilde{\omega}\mu\alpha$ *Maustræs*, Judæis inditam a tempore captivitatis, quando Regibus suis orbati, non amplius regni Judæ, aut regni Israëlis nomine venire poterant.

Quod

Quod vero jam observabam, majus Israëlitis idolatrici in Mosem cultus periculum fuisse, ex viventis opinato raptu, quam ex cadavere reperto, idque Josepho ex adlatis ejus verbis in mentem venisse suspicabar: non sic capiendum, quasi mors illustrium virorum omnem superstitione errori, ut tunc erant hominum ingenia, ansam praecideret. Nemo nescit quam in immensum apud Ethnicos creverit Deorum numerus, ex heroum suorum post mortem apotheosi. Quin & errorem foyit inolita de immortalitate animorum persuasio. Sicque idolatriae ipsa suppetias tulit philosophia dum immortalibus animis divinitatem adfingebat. Ex ejusmodi praejudicio Tullius Xenophontis verba depravavit, joculario satis errore. Dum enim Lib. *de Senectute* cap. 22. orationem Cyri morientis refert, ex Cyropaedia de promptam, sic ad filios loquentem inducit: *quare si haec ita sunt, sic me colitote ut Deum.* Nihil vero ejusmodi praecipit Cyrus. Cum enim mox spiritum exhalaturus, filios cohortatus esset, ut amicitiam inter se perpetuam colerent, atque ad ultimum inviolatam servarent; ac de immortalitate animorum subinde multa interjecisset, sic demum concludit: si vera sint, quae de nova vita post obitum fruenda sibi dudum

E per-

persuasit, id quidem magnum monitis suis pondus addere. Eos nempe parentis meliori sui parte vixi reverentia factos, ad obsequium perduci oportere. *εἰ μὲν δὲ οὐτας ἔχει*
τέττο πάντες εἴγε οἷμαι, καὶ οὐ ψυχὴ κατα-
λεῖται τὸ σῶμα καὶ τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδίψε-
σθεῖται, προεῖται δὲ εἴγε δέομαι. Sic haec ita non
L. VIII. P. 237. sunt, vos tamen Deos immortales pertimescite, ut nihil impii aut nefarii committatis. Vides de se tanquam Deum colendo nil praecipere liberis eximium Principem, & ne somniasse quidem. Quae mera sunt commenta Ciceronis, ex more sui saeculi, & pervagata Graecorum Romanorumque superstitione apothoses ubique (*a*) cogitantis. Miror sane Ciceronem id est hominem in Graccis litteris versatissimum a verborum sensu tam obvio aberrasse, nisi forte de industria perverterit. Hacc enim τὴν ἐμὴν ψυχὴν καταιδίψεσθαι, ex superioribus illustratur, ubi sic habet: *τοῖς δὲ φιλέσι τὰς τιμὰς διαμέτρειν ἔτι δὲ δοκεῖτε, εἰ πενθεὼς αὐτῷ αἱ ψυχαὶ κύριαι ἤσαν.* p. 236. E. Animat vide licet heroum si Cyro auscultemus, aut Xenophonti potius, sub persona Cyri Socratis sermones venditantis, praeflantes illac inquam animat, post mortem superstites, uti

(*a*) Is scilicet natae Tulliae cuius mortem lugebat famum dedicare voluit. V. Epistolas ad Atticum.

uti fama sua fruuntur, & vere gloriam suis
meritis partam possident, & honore sibi
a posteris habitio, dum sua mandata illi fide
bona exsequuntur, laetari credibile est. Si-
militer Moses vita jam excessurus, ad popu-
lares dicere potuisset, sedulo observeat le-
gem per me traditam, τὴν ἐμὴν ψυχὴν κατ-
αδέμενοι.



DISSERTATIO TERTIA.

*De mortuorum resurrectione adversus
Sadducaeos demonstrata Matthæi
Cap. XXII. vs. 31, 32.*

Cum' mihi non ita pridem inexspectatum atque acerbum funus nunquam obliviscendae amicitiae nodum dissolveret, levando moerori diverticula quærens, ut aegrum animum ab anxia qua discruciatatur sollicitudine tantisper abstraherem, eum opportune appuli ad locum celebratissimum, ubi Dominus Jesus Sadducaeorum contra resurrectionem disceptantium cavillos tam feliciter retudit, prolatu Oraculo Exodi Capite III. vs. 6. Is Evangelii locus profectò ad intellectum parum facilis, quoniam primo intuitu neutiquam percipere est, ubinam vis argumenti a verbis Mosaicis ducti lateat. Unde varia Interpretum, ac irrita pleraque, si quid judico, conamina est expertus. Consentient omnes, si de animorum immortalitate quaestio proposita fuisset, tum apodicticum fore Christi ratiocinium. At de suscitandis olim a morte corporibus

poribus cum agatur, nihil videmus in hoc effato: *sum Deus Abrahāmi* &c. unde ejusmodi dogma necessario consecutio-
num nexu elici queat. Dubitandum tamen non est quin firma & valida ratione pugnat verit Christus. Neque enim is erat sum-
mus Veritatis Magister, ut captiunculis ad-
versarios irretiret. Praeterea Sadducaeos ad
inopinatum responsum obmutuisse, nec
unquam posthac cum laceſſere ausos, testa-
tur Lucas.

Ut rem igitur expediamus, duo in ana-
teſſum ſpectanda ſunt. 1º. quodnam ſit
adversariorum genus quod Christum hic ad-
oritur. 2º. qualis ipſos inter & Christum
controversiae ſtatus fuerit. His ſemel rite
perspectis, planiōr fiet ad mentem verbo-
rum, roburque argumenti, quod iis com-
prehenditur, detegendum via.

Nota nimis ex Evangeliiſ & Josepho Sad-
ducaeorum Secta, quam ut ei latius descri-
bendae immorari necesse ſit (a). Hi inſti-
tutis Mosis addicti, cuius ſcripta potiſſi-
mum inter veteris canonis Libros ſum-
ma veneratione prosequi ſaltem prae ſe fe-
rebant, caetera pertenui Religionis ſensu
adſiciebantur. Judicio ſit, quod Epicuraeo-
rum

(a) Joseph. Antiq. Jud. XIII. 9. XVIII. 2.

70 D I S S E R T A T I O

rum haud admodum dissimiles, post Sad-
docum Sectae suae principem, qui ex ma-
gistro Antigoni Sochaci verbis perperam in-
tellectis condendae haereticos occasionem
adripuit, exiguum sane Deo humani gene-
ris curam tribuerent; utpote nullam virtu-
tis, nisi quae terrenis hujusce vitae bonis
contineretur, meroedem agnoscentes; &
quod huic dogmati apprime consentaneum
est, (*a*) animorum immortalitatem aperte
inficiarentur: quicquid vero de futura post
hanc vita praedicari solet, tanquam aniles
fabelas exsibilarent. Fons nefandi erroris
fuisse videtur, quod plane sensibus dediti,
nil omnino, nisi quod sensibus percipi pos-
sit, nil nisi corporeum in natura rerum
existere sibi persuaderent. Inde substantias,
ab omni materiae concretione sejunctas,
pro figmentis ducebant; contraria omnia
docentibus Phariseis. *Sadducaeis dicunt*,
sic loquitur auctor Actuum Apostolicorum
Cap. XXIII. vs. 8. *resurrectionem non esse*,
neque Angelum neque spiritum; *cum ex-*
trunque confiteantur Pharisei. Horum
inter se dogmatum consensio ac velut con-
catenatio quedam, obiter notanda; ut qui
resurrectionis dogma repudiarent, iidem &
secre-

(a) Φυχῆς τοῦ διαρρήματος καὶ τός καθ' αὐτὸν τηλεογίας καὶ
τύμπου ἀναφέται. Jos. de B. J. II. 12.

secretorum a corpore spirituum, quales Angeli putantur, existentiam tollerent. Cujus observationis usus inferius patebit.

Tam infantis ergo Sapientiae consulti Sadducaci Christum adeuntes, Magister, inquiunt, nobis Moses scripto prodidit, si cujusquam frater moriens uxorem post se relinquat fine liberis, hanc ipsi statim matrimonio jungi oportere, ex qua haeredes defuncto fratri prociscare possit. Huic legi mox hypothefin superstruunt de fratribus septem, in eadem muliere ducenda sibi invicem sucedaneos; quo semel posito, quae stionem mouent, cuiusnam horum in resurrectione uxor futura sit, cum eam sibi conjugii vinculo innexam habuerint omnes. Haud insolenter profecto excogitatum sophisma surgendis Phariseis, qui secundam vitam somniabant huic nostraræ fere similem, & coelitum felicitatem ad terrenæ voluptatis modulum exigebant. Quod tamen adversus Christi doctrinam nihil valuit, quæ crassos ejusmodi conceptus procul facessere jubet. Nodum igitur, quem Sadducaeи ineluctabilem putabant, nullo Christus negotio extricat. *Erratis*, inquit, vs. 29, 30. neque scripturas scientes, nec potentiam Dei. *Nam in resurrectione neque uxores ducunt neque nuptum dantur: sed sunt ut Angeli Dei in caelo, ἵνα γέγονα.* Quo certe

certe indicare noluit; Angelicam naturam induuros, ut coelestibus illis Spiritibus per omnia aequales, pari conditione gaudeant. Genera enim non mutantur; & quod in hominis conditura obtinuit, ut Angelis paulo inferior sit factus, in *ωαληγγείου* obtinebit. Similitudinem tantum intelligit, aut analogiam quandam facultatum & dotum cum Angelicis: immunitatem praesertim a morte. Ea erunt videlicet resurgentes vitae incorruptae puritate, quae carnis illecebras procul arceat; ea immortalis conditionis perseverantia, quae similes ex similibus procreandi legem, terrenis animantibus ex necessitate mutabilis status inditam, non amplius recipiat.

Non solum Pon-
tateuchi
auctori-
alem a-
gnosce-
bant. Sic vides Sadduceorum telum imbelli sine iectu humi procidisse. At potentius aliud Iesus vicissim in eos intorquet, ex iisdem, quas in causae suae patrocinium adduxerant, Scripturis depromptum. Caeterum quod Mosis auctoritate pugnet Christus, non Prophetarum, quorum huculenta alioquin in rem suam proferre loca poterat; inde non fit, ut vulgo creditur, quod Sadducei solum Pentateuchum agnoscerent, caeterarum scripturarum auctoritate spreta. Falso enim Sadduceis in genere tribuitur, quod de parte tantum verum est, Baithus videlicet, qui cum apud Samaritanos vive-

viverent paria Sadducaeis sentiebant, teste Epiphanio; a Bathuso Magistro dictis, qui Antigoni condiscipulus fuit. Quod autem Tertullianus *de Prescript. Hæret.* Cap. XLV tradit de Dositheo Samaritano, a quo Sadducaeи hunc errorem traxerint, minus accurate locutus videtur & ab eo Sad-
ducaeos ortos minime constat. Nec mi-
rum, hominem Samaritanum nullas scrip-
turas praeter Mosis libros agnoscere (*a*). Quod flagitium apud Judacos in amplissima Secta, qualis Sadducaeorum erat, toleratum fuisse, & nusquam illis nec a Christo, nec ab Apostolis exprobratum, vix credibile fit. Id tam abest a vero, ut Christum au-
diamus in parabola divitis & Lazari, quae manifesto in Sadducaeos distinguitur, non magis ad Moseм quam ad Prophetas auda-
cter provocantem Lucac XVI. 31. *Habent
Moseм & Prophetas, auscultent ipsis.*

Sed ad rem propositam veniamus. *Nun-* Oracula
quam legistis, ait Dominus Jesus Saddu- Mosaii
caeis, quod Deus ipse de rubo locutus est: vis sin-
Ego Deus Abrahami, Deus Isaaci, gularis.
Deus Iacobi. *At qui mortuorum Deus* Quid
importet
non est, sed viventium; cum omnes ipsi bac locu-
vivant, sic enim habetur apud Lucam. Ego
Deus
tuus.
Conveniunt ad unum Interpretes, hujus ra-
tiocinii

(a) V. Clericum Prolog. ad Hist. Eccles. C. 3. Sect. 1.

tioinii vim in eo sitam, quod loquendi formula qua se Deus hominis alicujus Deum praedicat, praesertim jam fato functi, angustus quiddam sonet quam ut de favore soluni erga talern hominem intra mortalis hujus vitae angustias exhibito intelligi possit. Nendum ut nude significet cum fuisse quem assidue coluit, & pro Numine suo veneratus est. Nunquam certe persuadeas tam dilutum & frigidum sensum subesse solenni formulae (a). Adiudicat nimium ad dictum Gen. XVII. 7. Feriam perpetuum foedus inter me & te posterisque tuos, in sorum aetates, ut sim tibi & illis Dens. Quin & XV. 1. Abram ne timeto: Ego clypeus tuus & merces tua multa. Ego Deus tuus; promissioneum statim in praeognanti voce foederalern agnoscis, terrestribus, fluxis, evanidis bonis, quae vita Patriarcharum tulit, talibus praesertim quae multiplici calamitatum acerbitate interlita fuerunt, ut eorum abunde historia docet, minime exhauriendam. Accedit ad hoc non omittenda phraseos notatio in Hebreo זא אליהו אברם que nota signat praepteritum, sed indefinitum tempus, atque adeo cum jam clapo, praesens futurum-
que

(a) Offendit Alexander Morus *Exercit. de scriptura Sacra* p. 173. conceptam his verbis Evangelici foederis cum Abraham i&t formulam exhiberi, hisque arctissimam cum ipso Deo vita fonte communionem includi.

que comprehendit. Quemadmodum cum toties dicit apud Mosem & Prophetas; *ego Dominus, יְהוָה נִצְחָן* aeternum illud praesens divinae naturae, seu immutabilem per præteriti instantis futurique temporis vices existendi conditionem intelligit. Unde necessario conficitur, dum Abrahams se Deum nuncupat, jam dudum viorum crepti confortio, non quicquid Abrahams fuit, per mortem intercidisse, sed vita jam meliore frui Patriarcham, aut saltem beatiori vitae olim redditum.

Praecclare, inquires; at quid hoc contra Sadducacos? Nempe tali arguendi modo, animae quidem a corporeo carcere solutae perennitas probabitur: inde tamen non sequetur corpora resurrectura, quod hic caput controversiae fuit, & diserte negabant Sadducaci. Si fingeremus enim ipsos in universum beatae post hanc vitae spem revertre voluisse, tunc certe Oraculi Mosaici auctoritas & inde ductum argumentum os ipsis obturare debuit. At longe aliud disceptabarur; num scilicet homo integer corpore simili & anima a morte quondam sit vindicandus. Quod satis patet ex Sadducaceorum hypothesi de viris septem, in eandem uxorem par jus habituris. Cujus fundamentum, corporum nempe resurrectiōnem, suo responso Dominus Iesus tantum abest

abest ut subruat; ut confirmet potius; fatis
habens crassum & ineptum de beatorum vi-
ta conceptum emendare." Atque ipsissima
illa est corporum resurrectio quam adlatu-
statim Mosis oraculo adstruit.

Quo modo constringat Sadduceos. Ut haec solvatur difficultas, ante omnia
observeandum, rationes quibus utimur plus
minusve efficacie habere pro varia indole
hominum, & ingeniorum captu. Pruden-
ter dignoscendum igitur quocum tibi nego-
tium sit, & argumentorum delectus caute
adhibendus. Saepe enim accidit ut quibus
urgendis apud certum hominum genus
nil promoveas, eadem diversae opinioni
addictos, aut aliter animo affectos, simul
ac proposueris, confessim in assensum tra-
hant. Non quod illicitum eniām existi-
mem, falsis aut incertis principiis niti, ut
inde vera eliciat. Sed sapienter facere ju-
dico, quisquis errantem adversarium ag-
gressus, positum prius quod a nemine ne-
gari potuit axioma, sic deinde cum adver-
sarii praejudicata opinione connectit, ut in-
de citius ei veri confessionem exprimat. Sic
saepissime agit Christus, vario auditorum
captui mirum in modum se adtemperans.
Neque aliter hic se gerit cum Sadduceis.
Eos nempe suo gladio juglans, sic pre-
mit undique, & constrictos tenet, illinc
divina. Mosis auctoritate quam defugere non
au-

audebant, hinc anticipatis suis circa animae humanae naturam placitis, ut manus dare cogerentur certissimae ~~ad~~ ^{ad} veritati.

Nimirum crassioribus nostris Epicuri de grege porcis inveterato errore persuasum erat, nullas existere aut concipi posse incorporeas substantias; animam hominis a vivente corpore haud quamquam distingui, ut pote ex organorum concentu, cerebri apta dispositione, atque vitali totius machinae motu constantem. Ex quo consequebatur, vita animali semel extincta, nil superesse hominis quod sentiat, quod cogitet, quod vivat & vigeat; totumque adeo hominem morte interire. Sic sentientibus, beatioris post hodiernam hanc vitae spes omnis decollavit. Nisi humanum forte corpus morte collapsum, ex pulvere suo quondam excitandum statuas. At similem ~~πονατατα~~ ^{ταλιγγετιαν} generis humani aut ~~ταλιγγετιαν~~, tanquam portentum aliquod prorsus incredibile explodebant. Varia praesertim cavillantes circa resurgentium statum, quale est quod hoc ipso Evangelii loco objiciunt. Quid Christus ad ejusmodi adversarios? Non multa cum iis philosophatur; non de animalium natura subtiliter, Platonicō more, differit. Nimis praeruptum illud & arduum iter visum est, nec humilibus eorum ingenii facile carpendum. Sed quod tutius fuit

&

& planius, omissa animarum immortali-
tate, solam resurrectionem probare aggre-
ditur, dupli fultus tibicine. Primum Dei
potentia, cui semel a se fabrefacta instaura-
re nullum negotium est; deinde Scripturarum
testimonio (a).

Illud vero a Mose petitum, plane rem
conficit. Cum enim dictum de Abrahamo
dudum vita functo, *Ego sum Deus Abra-
hami*, nulla ratione constare possit, quin
vitae hac nostra terrena beatioris praerogati-
vam dilecto Patriarchae spondeat: si alia ex
parte cum Sadducaeis statuas Abrahamum
dum in statu mortuorum perseverat, nihil
esse aliud quam cineres & umbram, neque
ullo ullius rei sensu adfici posse; hinc ne-
cessario consequi fatendum est, tandem ali-
quando Abrahamum e tumulo excitandum
esse, ut beatioris aevi particeps fiat, & divinac
promissionis vim experiatur. Pro indubi-
to igitur teneamus, laudato Oraculo fu-
turae vitae spem in genere contineri, sed
ex concessis semel principiis diversimode
pro vario corum captu, quibuscum res erat,
argui potuisse. Nobis equidem, quos ac-
curatior philosophandi methodus mentem
a corpore & concretione omni corporea se-
cretam esse docuit, nobis inquam ex oracu-

(a) Vid. Locum ex Observio Minucii Felicis citatum infra.

lo perspicue colligitur acta vivere Abramam, ac potiore sui parte, anima videlicet, post funera superstitem, beatam immortalitatem agere. Ibi tuto pedem sistimus; nec nisi per remotas consequentias inde corporis resurrectionem extundimus (a). Contra Sadducaci quibus totum hominis corposse absolvi placuit, ex eo principio quod Deus mortuorum Deus non sit, inferre necesse habuerunt aliquando fore, ut Abramus jam morte extinctus, olim per sui corporis resurrectionem reviviscat.

Nota in transitu quam solerter id in Sadducacos retorqueatur, quod aemulis Pharisaeis opponere solebant. Horum solenne placitum fuit, Deum non dici Deum justi alicujus dum vivit, sed postquam demum est mortuus. אֵין כָּבֵד מִזְרָח שֶׁמֶן עַל רְצָקִים בְּחוֹזֵקָם quod de altero mirante facculo tacite voluerunt intelligi. Imo, regerebant Sadducaci, *Deus mortuorum non est, sed vivens*. Vera dicitis, ô boni! sed fallimini egregie, dum ad vitam in his terris Cavillas Sadducorum in ipsis retortus. anteactam totum illud rejicitis; ubi mirante

quan-

(a) Quod huc adferunt scitum pervulgatum Magistrorum; quando Deus alicujus se Deum nunquid, id integrum hominis personam complectit, ut animo & corpore consonantem; quis non videt a Phariseorum schola gratis assumptum, quo hypothesi servirent, Sadducenos neutiquam edificationes habuisse?

Aet.
XVII.
18.

quantum abest ut constantis obsequii mācedem, & digna pollicente Deo præmia viri sancti retulerint. In futurum hæc spestant, ubi melior vita miseros, luculentior civitas extores & profugos manet. *Ideo enim, inquit Paulus, non erubuit Deus semet vocare eorum Deum, quoniam ipsis paraverat civitatem.* At mortui sunt Patriarchæ, id est ex vœstra sententia plane cum corpore sensum omnem exuerunt. Quid supereft igitur, quando ἡ γραφὴ λυθῆται οὐ δύναται, nisi ut dicamus, eos quondam resurrectionis beneficio vitam amissam recuperaturos (a)?

Obviae huic & expeditae interpretationi nostræ quis forte objiciat, apud hujusmodi Sectæ homines corporis integrationem haud quaquam plus fidei inventuram, quam habuerit seereta mentis a corpore existentia. Quando igitur dogma utrumque Sadducaeï ex aequo rejiciebant, non una magis via quam altera compendium factum iri ut ad futuræ vitae persuasionem adducerentur. Evidenter agnosco non paucis Ethnicorum Philosophis animorum immortalitatem placuisse, qui de corporis post mortem

instau-

(a) Nobiscum facit acutissimus *Placens* in *Examen du Sacrifice de la Messe*, Tom. II. p. 48. ubi refellit Card. *Personnum* qui hujus argumenti vim in sola proferentis auctoritate sitam contendebat.

Instauratione ne per somnium quidem cogitarunt. Imo Stoicis & Epicureis apud Athenas Apostolus Paulus cum sua Anastasi delirare censebatur. Τί δι θέλοι ὁ σπερμολόγος ^{Aet.}
 οὗτος λέγειν? Quin & illustrem, apud anti-^{XVII.}
 XVIII.
 quos Christianos, Ecclesiae annales (*a*) au-
 clorem memorant, qui etiam ad Episcopalem gradum electus est, *Synesium* nomi-
 ne, cui obfirmatum illud adversus corporis resurrectionem praejudicium nunquam ex animo potuit evelli. Amplius dicam, ex hodiernis incredulis quotquot reperiuntur qui alteram vitam negant, etiam si qui sunt quibus substantiam cogitantem a materia discriminare lubeat, nemo est qui non resurrectionis fidem, tanquam absurdis innumeris scatentem fabulam, albis, quod a-
 junt, dentibus non derideat. Unde vide-
 tur effici, ad hanc aegrius Sadducacos, quam ad animorum immortalitatis persuasionem, adduci potuisse.

Respondeo tantam passim conspici inge-
 niorum varietatem, ut haud temere alia
 ex aliis aestimanda sint. Des mihi hominem
 acumine philosophico pollentem, hunc me
 spondeo haud ita difficulter eo perductu-
 rum ut existimet, cogitandi vim, quae no-
 bis natura inseritur, a corpore minime pen-
 dere, immorta-
 litas.

(*a*) Vide Evagrii Scholastici *Hist. Eccles.* Lib. I. c. 15.

F

dere, sed ad genus quoddam substantiae incorporeae pertinere, quam, soluta terrestris molis compagine, incolumem superesse credibile est. At quominus corporum resurrectionem persuadeam, obstabunt multa ex rationibus physicis, & constanti naturae lege petita. Practerquam quod mentis do tes eximias & libera jura, postquam suo carcere egressa est, intuenti, non ita facile ostendi possit, quis resurrectionis usus, quid ve ex redintegrato corpore commodi ad animum redeat. Longe aliter sese negotium habuit cum Sadducaeis, qui pingui, ut a junct, Minerva philosophabantur, neque physicis theoriis adsueti, nec recondita metaphysicorum sectantes acumina. Hi omnia ex sensibus metiri solebant; quaecunque imaginando adsequi non valerent, falsa atque inania rati. Sic porro affectos aequum erat, quoties de beato vita fun etorum statu sermones misceri audiebant, vitam huic nostrae similem cogitare; corporeas delicias, munia terrenis hisce ad finia. Si de regno coelesti, & iis quae iustos post mortem praemia manent inciderat mentio, tunc id per sepulchorum ex tumulis excitationem eventurum necessario intelligebant. Quod quidem ipsis neutiquam probabile visum agnosco, utpote a consueto naturae ordine tantopere dissidens; at longe

ge minus a crassis eorum conceptibus alienum erat, quam incorporei spiritus existentia. Hujus cum ne minimam quidem sibi effingere ideam valerent, & inter adūrat ponerent, magnae molis opus fuisse inolutum ex animis erroren eradicare. Circa resurrectionem vero incredulitas, utpiote infirmis rationibus armata, non tam valide reluctabatur. Vide enim quaeso quam futilebus, quam nugatoriis argumentis contra pugnant. Nihil de identitate corporum, de particularum effluviis; nihil de solidorum corporis humani, quae nutritionis & perspirationis ope fit, mutatione assidua, de anthropophagiis &c. in medium adferunt, aut corum quicquam objiciunt quae hodierni Parrhesiastae in hoc Fidei caput urgere solent. Tricas tantum forenses, & quæstiunculas de matrimoniis ex jure Moysaico ventilant; quibus Christi responso dissipatis, nihil amplius restat quod cavillentur. Certo indicio hac ex parte patentiorem ipsis ad veritatem aditum esse, scripturarum præsertim auctoritate prælata.

Unicum haerere scrupulum fentio, de genere argumentandi quod hic Christus tristibimus. Id nempe ex eorum numero est, usus legi quae ἡρός ἀρχωτος Philosophi adpellantur. Decuitne Christum, inquires, ut adversarios revincat ea pro veris adsumere, quæ tan-

tum praecjudicata eorum opinione nisi novaret? Quale illud fuit, Abrahamo postquam extremum effudit spiritum, nullam vitam superesse a corpore seclusam, neque adeo mentem incorpoream esse. Rogas num bona fide mecum agere censeatur, qui me erroris ope ad verum ducit, aut argumento pugnat, cui assensum quidem cogor praebere, prout nunc affecta mens est, licet apud alium me oculatiorem aliqua ex parte laboret. Quidni vero censebitur? Dicam libere quod res est, quando oportunus scese dat super hoc differendi locus. In eo quod nonnullos tam male habet, nulla, meo quidem judicio, residet difficultas. Profectò si quis mendacium animis instillet, aut ratiocinando in errorem ducat, deceptoris merito nomine infamabitur. Nec magis candidum veritatis fautorum decet, in docendo veris falsa remisere, quibus conjunctim discipulorum animos imbuat. At nihil tale facit Dominus Jesus. Dogma verissimum afferit; mortuorum nempe resurrectionem ultimam; nec ratiocinio suo errorem ullum audientium animis ingenerat; neque profert quicquam quod mentis spirituali naturae aduersetur, aut materialismum, ut vocant, soverè aptum sit. Tantummodo errorē quem iam dudum imbiberant, sed cui refellendo idoneus

neus tunc locus non erat, intactum sinens, tam sapienter eorum mentes moderatur, ut Sadducaeos ex propria hypothesi, in hanc quam tuendam sumpserat sententiam pleno velut alveo deferri necesse sit. Agedum, quaequam in eo fallacia est? Verba illa; *Ego sum Deus tuus, ego sum Deus Abrahami*, tam certam alterius vitae promissionem continent, ut loquentis majestatem & sermonis intentum spectanti perspicuum sit alio detorquere non posse. Illa porro vita duabus; scilicet animorum immortalitate, & corporum resuscitatione continetur. Qui-dni igitur audita promissione Sadducaci, dum prius illud non capiunt, posterius saltem confiteantur. Ex qua confessione postmodum ipsis ad agnoscendam quoque animorum immortalitatem gradus fiat.

Pervulgatus Christo ejusmodi argumentorum ad hominem in Evangelij usus est. Quoties enim aut plebem docet, aut cum Phariseis disputat, passim apud ipsos cx moribus eorum arguit, & Magistrofum placitis, ex traditionibus, ex recepto vaticiniorum intellectu; ut inde certius & fortius veritatis confessionem eliciat. Exemplis, adeo obvia sunt, colligendis supersedeo. Unum memorare satis erit ex hoc ipso Mathaei Cap. XXII. desumptum. Ibi enim postquam Sadducaeorum vitiligatio-

nes dissolverat, ad Pharisaeos conversus, eos rogat, cuiusnam Messias filius futurus sit? dicentibus Davidis, quaerit porro qui fiat ut David eum Dominum suum appellat. Pro concessione nimirum sumens, Psalmum CX., unde haec depromit, ad Messiam spectare. Id enim neganti prius probandum fuisset: at Pharisaeis, quos alloquitur, ex traditione indubitatum habebatur. Frustra excipias, revera laudatum Oraculum in Messiam competere. Ut enim argumentum ad hominem sit, nil refert ea quae adsumis per se esse vera, dum ex praeconcepta opinione tantum, non evidenti ratione adversario vera videantur. Idem fecisse Apostolos Magistri ductu, ex eorum scriptis abunde patet, quoties cum Judaeis disceptarent. Epistolae Paulinae, praesertim ad Galatas & ad Hebracos, exemplorum affatim suggerent.

Paulus, dum Corinthiis resurrectionem probat, methodum Christi sequitur. Sed ut in eodem argumento maneamus, observa queso quam methodum insistat Paulus, quando momentosissimum illud Religionis caput de resurrectione contra Corinthiorum Pseudapostolos asserit i Cor. XV. hos ex Epicuri hortis aut Sadduceorum cathedris in Ecclesiam irrepsisse testis est, tum ipsa quam profitebantur doctrina, tum mores dogmati congruentes. Sic enim re- sur-

surrectionem negabant, ut simul fata hominum mortali hoc aevo concluderent, spemque futurae vitae omnem plane tollerent. Hos sub Christiani instituti larva delitescentes Sophos adgressus, ex hypothesi domi ipsis nata ratiocinatur, quam tamen falsissimam norat: hominem una tantum substantia, eaque corporea constare; ac consequenter si mortuorum resurrectio non sit, nullam, nisi in praesenti vita, spem Christianis repositam esse, nulla piis post hoc breve mortalitatis curriculum exspectandam praemia. Inspice paulo diligentius quibus argumentis, ex absurdio plerumque ductis, toto hoc capite Apostolus doctrinam resurrectionis vindicet. Si unum excipias, ab ipsis Christi resurrectione haustum, & Apostolorum testimonio qui redivivum conspexerunt; caetera sunt ejusmodi quibus uti solemus ad probandum animac immortalitatem, neque facere quicquam autumes ad corporum resurrectionem ultimam. Cui nihil secius ea Paulus adcommodavit, & optimo jure quidem, quoniam ipsi certamen erat cum personatis Sadducacis, ex pravo philosophandi more, aut sola potius hebetis ingenii crassitie respuentibus quicquid usquam circa incorporicas substantias, & separatarum animarum statum praedicitur. En tibi specimen insigne συλλογισμῶν.

88 D I S S E R T A T I O

$\tauὸν ἡρῷον ἀνθρώπῳ.$ Spes virae alterius, resurrectionis spes, utrumque hic Apostolo perinde est; adeo inter se ea permiscet ac confundit, quasi una eademque res esset.

Phil. 1. Qui pote? an ex propria opinione? procul
23. absit haec suspicio ab homine, qui dissolvi
sc. cupere profitebatur, ut esset cum Chri-

2 Cor. sto, ac diserte docebat collapso hoc tabér-
y. 1. naculo terrestri, nobis aeternam in coelis
domum suppeterem. Verum ut compendio
litem dirimat, ex opinione adversariorum
loquitur, quod ea simul confunderent. Sic
ut qui de futuro iis saeculo fidem faceret,
idem exempli corporum quoque resurrectionem
persuaderet. Si mili plane ratione
Christus Sadduceis mortuorum resurrectionem
demonstratus, satis habet adferre
scripturae testimonium quo futurae vitae in-
dicium luçulentissimum continetur, sat sciens,
quocunque de vita futura in genere pro-
mittitur, eos tanquam ad corpus pertinens
continuo interpreturos.

Diversa Ego equidem, quantum in vetustiorum
pro tem- saeculorum tenebris per conjecturas micare
poribus licet, sic existimo, vitae alterius spem pios
vitae al- omnes, & veri Numinis cultores certissi-
terius no- mam animo fovisse; utpote quae ex natu-
rario Religionis fontibus manat ultiro, & in-
fondere praesertim quod cum humano ge-
nere pepigit Deus, & promisssis, per diver-
sos

fos revelationis processus ab Adami retro lapsu, per Patriarchas & Prophetas ad Christi adventum usque repetitis, inconcussum fundamenrum habet. Sed prout temporum ingenium fuit majori minorive doctrinac lumine perfusum; notiones circa secundam hanc vitam valde discrepantes viguisse. Anterioribus nempe, qui sinceram de anima humana a corpore discreta dofrinam retinebant, ex primigenia forte traditione haustam, vitae illius beatae exspectatio in immortalitate animorum tota continebatur, nulla exticti cadaveris ratione habita; qualis in Aegypto & Graecia sapientiorum etiam sententia fuit. Recentiores vero Judaci, qui post (a) captivitatis Babylonicae tempora vixerunt, cum iis adversa quibus conflictabantur innumeris ab una parte spiritualium promissionum sensum acuerent, dani ab altera crassius ingenium ad divinae Philosophiae lumen hebesceret, alteram illum vitam in corporum unice redintegratione

(a) Nullam aliam, qui ante Christum vixerunt Judaeos, alterius vitae notionem aut sperni posse, quam quae ex corporum resurrectione elicitor, abunde testis est Scriptor Lib. II. Maccab. Cap. VII. ubi septem fratrum, qui una cum matre suppliciis traditi, martyrium narrat & Judae factum, pro caesorum in pugna delicto victimas offerentis, celebrat cap. XII. Quin & Paulus Christianis suorum funera lugentibus unicum solatium in resurrectione reportat. ad Thess. IV. 13, 14.

99 D I S S E R T A T I O

tione positam cogitare cooperunt, & in bonorum terrestribus nostris ad finium perpetua fruitione. Quae opinio Pharisaorum erat Christi aevum, & est adhucdum. Sed tandem ad fulgens mortalibus Evangelium, futurae vitae promissiones in aperta luce collocavit: tum animas docens seorsim post mortem vitam beatam vivere; tum corpora sua olim iis reddenda, sed dotibus immutatis, ut integer homo ex utraque sui parte beatissimam immortalitatem in coelis consequatur.

Veterum Christianorum error de somno anima- rum. Forsan interea miraberis tam absurdo quemquam fuisse ingenio, ut resurrectionis fidem ab ipsa circa perennem animorum vitam persuasione divelleret: homines credens plane jam morte extintos, in ultima demum die novam ex corporei systematis redintegratione vitam adepturos. Notum tamen e priscis Christianis non paucos in ea fuisse haeresi. Apud Minucium Felicem Octavius qui contra Caecilium Christianam doctrinam tuendam suscepit, sic loquens inducitur p. 38. edit. Ouzel. V. ibid. commentarium Elmenhorstii p. 99. *Quis tam stultus aut brutus est qui audeat repugnare hominem a Deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari. Nihil esse post obitum, & ante ortum nihil fuisse; sicut de nihilo nasci licuit, ita de nibili*

nibilo licere reparari. Tatianus quoque Ecclesiae primaevae scriptor haud ignobilis in ea (*a*) opinione fuit, animam una cum corpore interire, cum ipso tandem (*b*) resurrecturam. Dum ex adverso Marcion, infensissimus resurrectionis hostis, licet cum Cerdone ejusdem farinac homine mentis immortalitatem agnosceret, totum illud servatoris cum Saduceis colloquium ex Lucae Evangelio, quod unum pro genuino habebat, erasit (*c*), testante Epiphaniq. Adeo parum sibi consentiens, adeo coecum, incertum, & in opposita quaevis praeceps hominum judicium est! Pervetus tam saltem in Ecclesia de somno animarum opinionem constat, quae praefato Tatiani errori satis accedit, & antiquorum Ecclesiae patrum calculo comprobata cum ipsem Athenagoras, cuius egregius adhuc exstat de resurrectione mortuorum tractatus, doceat (*d*), per omnes illud spatium quod a morte ad ultimum

timiam

(*a*) V. Clarke letterto Mr. Dabwells p. 27. ib. 3. Défense p. 195.

(*b*) Luther euudem errorum sed falsò tribuit Cardinalis Perronius. V. Bayle Dict. Crit. Art. Luther (DD)

(*c*) Haeres. XLII. Art. 56, 57.

(*d*) Disertis verbis ait δικαιότερος τὸ ζῶν τὸ χωρίσμον τῆς Ψυχῆς ἀπὸ τῆς σώματος. quin mortem somno comparat. οὐ τῶν ὄμοιων παθῶν τοῖς τε θανάτοι καὶ τοῖς ὑπνοῖς γγινομένων, ἵνεκαγε τῆς ἡρεμίας καὶ τῆς μονδίας ἐπαισθάνεται τὸ παρόντα ή γνωμένων, μᾶλλον δὲ μονὴ γεγένηται καὶ τῆς ἴδιας ζωῆς. de Ref. Mort. p. 58.

92 D I S S E R T A T I O

timam resurrectionem effluet, nostrae existentiae tenorem chasmate quodam abrumpi, cactera (quam constanter, ipse viderit) naturae humanae veram immortalitatem tribuens; nisi quod mortuos, donec reviviscat corpus, alto somno sepultos existimat. Vides quantis saepe se nominibus tueantur errores, quas & rationis lumen depellere, & Evangelii praesertim omni exceptione major auctoritas profligare debuerat.

Expressus loquitur E. vangelium de resurrectione ultima quam de anima- rum sta- tu. Ad haec sedulo animadvertendum est, utcunque gratissima illa lux vitae immortalis, densis ante velis obtecta, in Evangelio mirabiliter effulgeat, atque in N. T. Libris tum animarum a corpore solitarum perennitas, tum totius hominis per eternitatem ultimam in integrum restitutio, extra omnem dubitationis aleam posita sit; magis tamen explicite proponi, clarius depingi, saepius inculcari resurrectionem corporum quae futurae vitae quasi consummatio est, & felicem resurgentium statum, quam id beatitatis genus quo piorum animis extra corpus frui datur. Sic placitum Deo sapientibus de caulis; quoniam prior ille status naturae hominum magis congruit, & ad captum quoque nostrum, quatenus corpore & animo sumus conflati, adeoque nil nisi sensile & corporeum imaginamur, magis facere

facete videtur; licet vix ac ne vix quidem illius splendorem valamus cogitando attin gere. Hunc Christus & Apostoli, vividis coloribus depictum, velut in tabula propo nunt; de altero parcus & obscurius loquun tur. Dum Christus a tumulo redux appa ruit Discipulis, magnum instar exhibuit ab ipsis vicissim reportandae de morte victoriae. Quin in coelum ipsis intuentibus e vectus, inde se descensurum pollicitus est; ut suos omnes in coeleste regnum intromittat. At de paradiſo aut *ἄ&ν*, quo ejus ani ma per mortis triduum concesſit, quid illic egerit, quid senserit, quaenam mundi hu jus intellectualis conditio, quae studia, quae gaudia, nil prodidisse legimus. Quod Do minus Jesus, qui tam prono alioquin ad erudiendos homines animo fuit; hac in parte nil indulserit discipulis, tum ad fidei nostrae tentamen utile existimandum, tum etiam ea de causa factum videtur, quod quicquid extra corpus peragitur, nobis cor poro in dumento vestitis, ἀκατάληπτος atque lingua humana inenarrabile est, ut di cit Paulus de mirabilibus quae sibi in ter tium usque coelum rapto contigerant.

Inde videmus D. Jesum, ut ad humani intellectus modulum descendat in parabola *Expenditur Parabolam Lu cae XVI. 19. &c.*
divitis & Lazari, ubi de duplice hominum, quae mortem statim excipit, sorte agi ma nifestum

nifestum est, sic rem describere, quasi diversa resurgentium fata, non nudum animarum corpus suum egressarum statum narraret. Ibi Lazarum videmus in Abrahae sinu suaviter requiescentem, & patris coelestis epulis accumbentem: confer. Luc. XIII: 29. dum dives contra in inferno flammis undique circumseffus, ex mediis cruciatis attollit oculos ad Abrahamum; miserabili cum voce obsecrans ut Lazarum e Paradiso demittat, qui intincto aquae dito, guttulam saltem in os suum siti torridum infundat, ut aliquantulum accipiat refrigerii. Renuente Abrahamo, & negante barathrum illud ingens quod ambos ab invicem discludit, ultro citrore esse permeabile, ad minimum petit miser, ut Lazarus ad fratres suos delegetur, iis de se, quam diros nunc cruciatus sustineat oculatus nempe testis, fidem facturus; eorumque auxibus occinat (a), *vera sunt, vera sunt illa.* Nimirum sub hoc emblemate Christus diserte satis docet post mortem praemia & suppicia pro ratione in corpore peractorum animas hominum manere. Sed quia aliter non poterat, ut crasse Judaeorum

con-

(a) Fertur *Mercilius Ficinus* talia verba protulisse postquam obiisset, ad sodalem suum *Michaëlem Mercatum*, ut datam sibi exsolveret: historiam prodidit Baron. Annalium Vol. V.

conceptui eam doctrinam adcommodet, animas Divitis & Lazari, corpore suo exutas, novis velut induit corporibus.

Cæterum in Pharisæos hanc Parabolam minime intendi crediderim, etsi paulo ante eorum avaritiam Dominus coarguerat. Ex ad
Saddu-
caeos spe-
bat.

¶. 13-15. hi enim φιλάργυροι quidem erant; at vultu tristi & horrido morum austernitatem prae se fercabant. Hic contra dives inducitur genio indulgens: luxu & deliciis diffluens: quo emblemate potius Sadducæos perstrinxit, homines lautos & elegantes, qui nil nisi cuticulam curarent. Hanc quoque haeresin sectari, qui apud Judæos plus opibus pollebant, testis est Josephus. Ii nihil hominis post mortem remanere, ut supra vidimus pro κυπίᾳ δόξῃ habebant. Nihil contendentes in scriptis Mosaicis reperiri, unde animarum immortalitas exsculpi posset. Huc spectant verba in Abrahami ore posita; habent Mosem & Prophetas, auctoritatem ipsis. Horum ergo impietati occurrit, & pervicacia illi exagitat hanc Parabolam, cuius scopus satis patet ex iis quæ a versu 27 ad finem usque capitis habentur. Nec continuam ejusdem orationis toto capite seriem exhiberi, arguunt inserta vs: 16, 18, quæ a praecedentibus plane aliena sunt.

Ut nunc paucis antedicta complectamur, si quaeras quid tandem importet oraculum Ex Oraculo Mo-
sis qua-
illud

tuor de- illud ex rubo datum, *Ego Deus Abrasha-*
 ducun- *mi &c.* primum respondeo felicitatem in-
 tur. *de summam piis, post hujus vitae curricu-*
 10. futu- *rum peractum in genere portendi.* Modo
 rae vitae *enim tecum ipso reputa quid Deus sit, nem-*
 in genero *pe fons perennis vitae atque bonorum om-*
 beatitas. *ninium; quidve in naturae intelligentis a se*
conditae gratiam, pro sapientia sua, poten-
tia & bonitate inexhausta efficere valeat.
 Tum perpende quid eximii includat haec
 formula, qua se Deus hominis, aut homini
 Deum fore pollicetur. Quo non tam am-
 plia omnis generis beneficia liberali manu
 largitur spondet, quam semet ipsum qua-
 lis est, aeternum, immortalem, *omnis*, ut
 ille aiebat, *boni bonum* omnes beatitatis
 thesauros sinu complectentem, homini fruen-
 dum exhibit. Qua ratione, ut jam ex hu-
 manis divina infinitis partibus majora aesti-
 memus, quenquam in amicum quem toto
 pectore diligit, affectum censes? aut paren-
 tem amantissimum erga liberos? Nonne
 eos, modo ulla ope id efficere queat, a
 morte vindicabit? aut semel extintos, si
 liceret, ad vitam revocaret? Quid vero Deum
 Opt. Max. facturum credibile est erga cul-
 tores sibi omni obsequio devincentes; praesertim postquam se eorum Deum fore pa-
 lam est professus? Num eos post vitae fu-
 gacis & miserae (sic enim suam ipsius Genes.

XLVII.

XLVII. 9. depinxit Jacobus) brevem usūram funditus interire finet? Dixérat Abrahamo Dominus; *Ego Deus tuus, & progeniei tuae: ego clipeus tibi & merces tua multa.* Quis postea videns fato concessisse Abrahamum, cunctis hujus vitae bonis simul & ipsa vita spoliatum, adeo vecors sit ac stupidus, ut non cogitet, aliam ab hac terrena vitam, aliud fœlicitatis genus Patriarchae repositum; absque quo fuerit, fidem a veracissimo & constantissimo Numine promissorum non exsolvi.

Addo secundo loco hinc ineluctabile argumentum adversus Sadducaeos duci. E-
quidem doctissimo Clerico nullus adsentior, docenti nota sua ad Matth. XXII. 32. per-
rinde fuisse, quod ad eos attinebat, utrum immortalitas animorum an vero resurrectio demonstraretur, quoniam, ait hoc ultimum ea tantum de causa displiceret, quod anima, uti censebant, una cum corpore extincta, absurdum cogitatu foret corpore redintegrari, hospitium animis, quae nusquam amplius extarent, praebitura. Alius vero ipsis errandi fons, aliud principium fuit; non ideo resurrectionis spem aspernantibus, quod anima corpore extincto simul extinguatur, sed quod a naturae legibus abhorrire putarent, ut corpus semel mortuum reviviscat: haud satis reputabant

ad. re-
surrectio
adversus
Saddu-
caeos pro-
batur.

G

nimi-

nimirum quid Omnipotens rerum conditor, & legum naturalium lator efficere potis sit. Quam incogitantiam, aut stuporem potius, Dominus iis diserte exprobrat. Caeteroquin minutorum ejusmodi Philosophorum judicio, qui rem alte non scrutabantur, juxta propriam hypothesisin nihil omnino vetuit, quominus divina vi, cadas veris alicujus, Abrahāmi puta, disjectas particulas colligente atque inter se connectente, sic ut in pristinam formam conflentur (a), idem qui prius fuerat renascatur Abrahamus. Caeterum quod conjectura modo laudati Viri docti nobis minus placet, non sic intelligi velim, quasi parum tuta sit argumentatio ex hominis resurrectione ducta ad mentis immortalitatem, aut illaesam ejus & perennem exuncto corpore existentiam. Nam de hoc ipsi adsentio, inde talem existentiam firmissima ratione *Excurso* concludi posse. Profecto si accurate rem de persona putamus, & penitus investigare lubet quid noli identitate. ad personalem, ut Philosophorum Schola loqui amat, identitatem requiratur, statim perspiciemus non esse satis, atomos Abrahāmici

(a) Negat id oculatio Lucretius, *de Natura rerum* L. III. §. 859. & seq. & recte quidem negat; hoc est sibi consentanea loquitur doctrinae suae temporem secutus. Si enim semel fatearis mortuos posse reviviscere, tota Epicurei ratio subruitur. Vide quae dicentur infra.

hamici corporis per tot saecula disjectas dissipatasque rursus in unum cogi , atque inviventis corporis formam refungi , ut idem ille , qui olim fuit , denuo constituatur Abrahamus. Fac enim , quod Epicurei nostri somniant , hominem solo corpore constare ; non eo usque insaniunt tamen , ut corporeae moli per se spectatae cogitandi vim inesse putent , quae disiectis postmodum particulis aeternum adhaereat. Sed illud in nobis quicquid sit , quod sentit , vult , intelligit , ex apto organorum concentu & motu , aut artificiosa nescio qua cerebri contextura & nervosi spiritus agitatione velut efflorescere contendunt. Atque illud ipsum est quod Abrahamum v. g. à saxo discriminat , eumque personam efficit a cacteris hominibus distinctam. Jam moriente Abrahamo , talis persona perit funditus & aeternum evanescit. Neque in rerum natura vis ulla cogitari potest , quae eam in integrum restituere valeat. Exserat sese quantum libet virtus Omnipotentis Dei ; reliquias extincti Patriarchae , ne minimo quidem omisso pulvisculo undeviamque extricet ac feligat , ut apto vinculo coeant inter se ; & ad pristini corporis exemplar composita reparentur : neutquam inde eademi persona , idem Abrahamus exsurget ; sed novus homo , licet

antiquo per omnia similis; ad quem porro nihil eorum quae priscus ille Abrahamus auctor fecit, aut expertus est, magis pertinebit, quem quae Eliezero, aut Melchisedeco contigerunt. Unde in iustum illud argumentum conficitur, quando Deus fidem suam de suscitando ex mortuis Abrahamo obstrinxit, Abrahamum igitur potiori sui parte, id est anima, post funera superesse, ut potest qui promisso beneficio quondam sibi reddendi corporis, in consummatione temporum, fruiturus fit.

Sat scio quid alastores reponant; eundem Abrahamum fore qui olim existit, quoniam ex iisdem numero particulis conflabitur. Sed quam vanum illud effugium est! Nemo enim incensa domo atque in cineres redacta, si ex cineribus rursus lapides, tigna, asseres efformentur, atque ex iis, eodem quo prius ordine coagmentatis, iterum domus aedificetur, nemo inquam adfirmat eandem numero, quae prius, dominum esse, sed novum aedificium dicet antiquo simile, quod ex iisdem materiis stratum fuerit. Ut enim scitum est apud Philosophos, *accidentia*, quae vocant, ab una substantia ad aliam transire non posse; sic quibus certa quedam substantia adficiebatur, quando semel interierunt, eadem post limi-

liminio redire nequeunt, sed nova tantum prioribus consimilia nasci. Ob eam causam si qua res corporea, v. gr. arbor, animal, non sola massa, sed potissimum forma censetur & definitur, cum intereunte forma eadem materies ad pristinum exemplar instauratur, si accurate loqui velimus, non eadem, quae prius, sed nova quaedam priori similis nuncupabitur. Et ut proprius accedamus ad argumentum ; persona quid est? nisi res intelligens, cogitans, sui conscientia, ubi percipiens res nihil distat a re percepta. Substantia platani eadem in se manet, sive a Petro, sive a Paulo spectetur : nil enim vetat unam eandemque arborem a duobus nosci. Sed ut persona diversis temporibus eadem sit cum vera conscientia sui, nunquam dixeris esse satis, ut aliquod in ea cognitionis objectum idem permaneat ; sed requiritur amplius ut idem sit qui percipit, eadem utroque tempore perceptionis vis. Quae si in corpore organico simul cum forma semel interierit, quando simili redeunte forma eidem rursus materiae inditur, non magis eadem percipiendi vis cum priori dici potest ; quam perceptio Petri cum Pauli perceptione. Ut eadem igitur persona maneat, & Abrahamus, resurgens ultima dic, eundem se agnoscat qui in Palæstina vixit,

102 D I S S E R T A T I O

nisi satis est substantiam perceptam seu corpoream molem eandem manere; (ex horum Philosophorum hypothesi loquor) sed vim quoque percipientem oportebit esse eandem; quod plane fieri nequit, nisi vis percipiens aut conscientia, ipsi substantiae sui conscientiae adhaereat tanquam aliquid nativum & proprium, sic ut ab ea nullo pacto divellatur; nec ex adventantium ipsi formarum ortu & interitu dependeat.

Jure ergo contendimus, ex hypothesi quae conscientiam, seu personalem existentiam in humani corporis forma sitam esse vult, sequi necessario, hominem semel mortuum proprie resurgere non posse. Ratio satis obvia est. Coëant enim eadem atomi, eodem plane quo prius dispositae modo, novus homo exsurget suimet conscius, similis quidem, sed aliis a priori. Neque enim erit qui noscetur idem, neque idem qui noscet. Ex quibus patet, posita semel inconcussa resurrectionis fide, inde animae a corpore distinctae immortalitem cœcli.

Et haec quidem proprius adtendenti manifesta fiunt. Sed longe fugiebant Sadducæos, severae ratiocinandi disciplinæ non innutritos. Si eos ex vero aestimes, non instantum sapuisse censem, aut ad Dialeticos

ces amissim suarum opinionum systema exci-
gisse, ut resurrectionis dogmā ideo expló-
derent; quod eorum κυρία δόξη, circa se-
creti a corpore spiritus naturam, plane re-
pugnaret. Nec tam acuti erant, ut hanc
repugnantiam cernerent, quae subtilius rem
persequentibas obvia est. Sed illibatum ser-
vantes de spiritibus errorem, facile id Chri-
sto adfenserunt, si corpus hominis per divi-
nam potentiam a cinere suo excitatur, tunc
revicturum esse illum hominem. Eos proin-
de ad récitatum Oraculum, & rationem
adjectam, quod Deus non mortuorum sed
viventium Deus sit, evictos conticescere o-
portuit. Atque sic quidem firmum & in-
conciussum restat quod ad quae situm secun-
do loco respondimus, ex prolato Textu, ad-
versus Sadducaeos inclutabile argumentum
desumi.

Tertio respondeatur nobis, circa mentis 30. Ex
humanae naturam meliora edocitis; ex eo-
dem oraculo ejus immortalitatem patefecere.
Enim vero scimus ex diversis partibus con-
flari hominem, corpore scilicet & anima.
Hanc nihil vetat ab illo divelli, eo extincto
manere incolorem, ejusque interitui superi-
esse. Cave igitur ne, Sadducaeorum ex-
emplo, corpus Abrahæ pro toto Abrahæ
mo sumas; eum ejus pars exigua tantum
sit,

sit, aut potius externa species, & merum involucrum. Mente potissimum constat Abrahamus. Ea est per quam Deo credit, Deique, caeteris abjectis, iussa exsequitur. Ea est quae virtutem colit, quae adficitur bonorum sensu, quae ut obsequii, sic praemii capax, promissiones coelestes est amplexa. Ex quo talia verba audienti, *ego Deus Abrahams*, statim colligere est, Patriarcham mortuum atque hominum oculis subductum, quoniam mortalis quam circumferebat concretio dissiluit, potiori sui parte superescere, ac beatiore vita in Dei sanguini frui.

*4^o. Spem
deinde
resurre-
ctionis
includunt
non ad
hominem
sed stricte
argundo.* Ultimum adjiciam 4^o. loco latius adhuc patere vim oraculi & ulterius tendere. Scilicet totius hominis naturam penitus inspicientibus, simulque divini foederis formulam, inde exsculpitur, reddenda quoque esse piorum animis sua corpora. Non id argumentum ad hominem est, aut hypothesis superstructum, quale adversus Saduceos fuisse diximus: sed ex certis principiis per remotiores quidem, at legitimas consequentias ductum. Probe scimus etenim, in primigenio rerum statu humani generis parentem Adamum corpore pariter & anima a summo rerum conditore fuisse prædictum. Qui si integer & ab omni labe purus

rus perficitisset, morti nunquam fuisse obnoxius. Unde amplius patet ad animae humanae naturalem conditionem pertinere ut ejusmodi corpus circumferat, quod ipsi non solum cognoscendi organum per sensuum ministeria, sed & agendi instrumentum idoneum sit. Non moramur Platonica somnia de animabus in corpora tanquam ergastula detrusis, aut ob praecedentem culpam materiae immersis, unde ipsi miseriarum, quas in hac mortali vita tolerant, fons arcessatur. Veriora monstrant Scripturæ, quæ hominem in ortu suo & ab omni vitio immunem, & corpore praeditum docent, indicantes practerea vi foederis divini immortalē fuisse futurum, nisi a debito in Deum obsequio descivisset, ac secum posteritatem omnem pessimum dedisset. Vides ex prima operis designatione; quando Deus hominem fabricatus est, corpus animac socium datum, non ad labem ejus aut poenam, sed potius (*a*) ad felicitatem & perfectionem pertinuisse. Ea procul dubio fidem sapienti humani generis conditori habenda, licet minus intelligendo adsequeremur,

(a) Adi si vacat, Librum cui titulus, *Essai Philosophique sur l'Ame des Bêtes* Part. 2. Ch. XIX. ubi circa doctrinæ Christianæ veritatem, ex promissa corporis resurrectione argumentum minime spernendum ducitur.

mur, quid menti per se incorporeae ad facultatum debitam exertionem corporeo machinamento opus sit.

Si jam novum foedus cogites, quod misericors Deus cum viciata Adami progenie instaurare non deditur, quale illud cum Abrahamo ictum, addita solenni clausula *Abraham, ero Deus tuus*: in eo intelligis primaevi foederis ad minimum jura renovari, damna nobis a peccato illata resarciri; & quando se Deus homini Deum fore pollicetur, ei simul tantae beatitatis certissimam spem fieri, quantam ejus natura capere potest ex pristino conditoris intento. Non minus certe se Abrahamo faventem & beneficium ex gratiae foedere praestabit, quam protoplastae olim praestitit ex naturalis, aut operum, ut vocant foederis vi. Cum igitur semel hanc ad immortalitatem condidisset, a qua peccando excidit, existimare proclive est Abrahamo, cuius se Deum nuncupat, pro mortali vita immortalem repensurum, & pro caduco & tabido corpore, quod jam in cineres abiit, aliud praefrantioris indolis concinnaturum. Vides nunc quam omnibus numeris absolutum, quam ad severas ratiocinandi leges exactum sit Christi argumentum. Quod mortui resurgent, oraculum illud Mosi ex ardente

rubro

rubro editum satis indicat, ubi sic loquitur Deus; *Ego Deus sum Abrahami, Deus Isaaci, Deus Jacobi.* Non enim mortuorum Deus censendus est, sed viventium, cum ipsi vivant omnes: omnes scilicet quorum sese Deum nuncupare tam illustri praeconio dignatur. Quemadmodum enim Christus dixit Discipulis Joh. XIV. 19., *quia ego vivo, et vos vivetis;* pars ratione Deus in saccula vivens, dum sepiorum Deum vocat, vitam ipsos secum aeturos sempiternam pollicetur.



A P:

APPENDIX

De resurgentium proprietatibus, ac speciatim Corporis Christi post resurrectionem, ubi Thomae Burneti sententia expenditur.

Quac-Dominum Jesum supra Sadduceis regerenter audivimus homines in resurrectione fore ἰαγγέλους, Angelis similes, memoriam reflicant elegantissimi Tractatus a Thoma Burneto conscripti, de statu Mortuorum & Resurgentium, ubi praesertim octavo & nono capitibus, multa circa indolem, naturam & proprietates Corporis Christi a tumulo excitati, tum de corporibus Beatorum ad ejus instar effingendis, acute philosophatur. Ea nunc strictius excutere, nec a praecedenti materia alienum, neque lectori injucundum fore existimo.

Ac primo quidem statuit Vir doctissimus, a Domino Iesu Corpus idem quod in tumulo deposuerat, ex iisdem scilicet quibus antea particulis constans, resumptum fuisse. At longe diversis a priori statu, prorsusque novis dotibus indutum, ad coelestem puritatem, virtute spiritus sui vivifici evectum
• 7 A. con-

contendit. Illuc autem referendum censet, quod post resurrectionem alia atque alia subinde forma comparuit; quod sese pro arbitrio visibilem aut invisibilem praestitit, quod clavis foribus conclave ingressus est ubi erant Discipuli; manifesto indicio Christum corpus suum in tenue & volatile resol-
 vere, aut in concretum crassumve, quoties De status
mort. &
resurg.
 visum est, recolligere potuisse. Hic ipsi Cap.
VIII.
 videtur habitus statusque proprius gloriost corporis Christi. Quo non obstante, con-
 cedit penes Christum esse semperque fuisse, p. 148.
Ibid. p.
157.
 in quamcunque voluerit formam corpus suum transmutare: reddere rarum, densum, grave, leve, lucidum, opacum, visibile, invisibile, pro suo beneplacito. Atque inde factum ut se praebaret osseum & carneum Discipulis, quo iis resurrectionis suae faceret fidem; ut una cum iis comederet, sese eorum manibus contrectari pateretur, vulnerum cicatrices exhiberet, &c. Ad talis corporis similitudinem atque indolem coelestem ac gloriosam, Beatorum corpora instauranda docet subtilissimus scriptor. Qui cum veris falsa remiscuisse videatur, ejus hac de re sententiam, nec per omnia amplectendam, nec omni ex parte repudian-
 dam censemus.

i. Quin Christus e mortuis suscitatus idem corpus habuerit quod ante gestaverat,
 inter

inter homines degens, non solum ratione
molis corporae, quae eadem numero fuit,
sed etiam adspectabilis formae atque struc-
tuae interioris, ac proinde terreno huic no-
stro homogeneum, extra omne dubium
est. Cum enī se rediviyus Discipulis praec-
sentem stiterit, eosque cunctis quae in hu-
jusmodi re adferri poterant documentis cer-
tos effecerit, se eundem illum esse quem
mortuum defleverant; cum prodigium il-
lud per se incredibile eorum oculis, auribus,
manibus, adeoque sensibus universis explora-
randum præbuerit, oportet corpus Domini
eadem tunc conditione fuisse, si mortalita-
tem excipias, qua ante obitum fuerat. Si
enī eo corpore, quod cruci adfixum fuit,
ibique ultimum spiritum efflavit, in sepul-
chro relicto, aethereum aut aëreum quod-
dam alicunde Christi anima adsumpsisset,
utique vere resurrexisse, quem ad modum
promiserat, haud potuisset dici. Sed ludi-
brio, quod cogitare nefas, habuisset Apostolos;
inanc quoddam phantasma pro ho-
mīne quem prius conspexerant, corūa o-
culis objiciens. Quod si statuere malis, a
morte reducē Christum, jacētis corporis
massam & terrenas exuvias vi sua divina in
spirituale corpus statim conflasse, & concre-
tionis corporeac compaginem in tenuem au-
ram dissolvisse, aut naturam quandam ac-
the-

theriam, quae fessi in omnes formas pro libitu convertetur; & densissima quaque permeandi facultate possit; tunc certo haud minus ludificatus est Discipulos, dum argumento utitur ex sensibus petiro, quod tamen in hac hypothesi fallax atque inane est.

Conspicite, ait, pedes manusque; intuemini me attentius; en ipse ego sum. Quia acceditis proprius & me tangitis: nam spiritus neque carnem habet neque ossa, prout me habere vidatis. Luc. XXIV. 39. Dic quaevis vis huius argumento superfit, si corpus Domini iam tunc pristino, hoc est terrestri habitu exuto, in coelestem, longe diversis proprietatibus praeditum, atque aliis legibus subditam naturam transierit? nec carnem revera & ossa habeat, sed ex virtute Christi, docilem atram in quasvis species flectere potenter, habere tantummodo videatur? Diserte negat Dominus Jesus se spiritum esse; qualem scilicet ex vulgari opinione somniabant Discipuli mente percussi. Se contra verum hominem, quem pridem Magistrum noverant, ea conditione, quae hominis terram incalentis ideam constituit, esse adfirmat. Ne ulla amplius dubitatio sit reliqua, ad oculorum, aurium, manuum ipsarum judicium provocat, Thomam jubet adhaerentes corpori citratri-

catrices explorare; quini modo digitum in latu immittere. Quorsum haec omnia, nisi ut corporis Dominici veritatem perspectam habeant Apostoli, & revera Dominum revixisse, eadem quam in cruce exuerat carne induitum, sibi firmiter persuadeant? Profecto ut sua constet sensibus fides, cum ad id nobis a Deo dati sint ut de naturali rerum indole & statu judicium feramus, eos Christus hic testes advocans manifesto significat corporis sui redivivi: talem adhucdum conditionem fuisse, qualem sensus Thomae & sodalium judicabant, qualemque corporis humani in nostro orbe degentis esse oportuit.

Minime his officiunt quae objicit Burnetus, de mutato identidem Christi post resurrectionem habitu: quod ille se modo conspicuum, modo inconspicuum redderet; quod obseratis foribus in aedes penetraret, & consimilia plura, quae ex Pontificiorum lacunis hausta, facili responsione diluuntur. Cum aut absque miraculo edita fuerint, naturalibus viis: aut si miraculo facta, cum naturali Dominici corporis conditione minime pugnant. Teneamus igitur Christum in resurrectione eandem, quam nascendo induerat, carnem suscepisse, & contumulato cadaveri eam vitam indidisse, quae formam primigeniam, ac propriam humani corporis

corporis constitutionem servaverit. Ossium scilicet & carnis compagem, mechanicam texturam, ex solidis & liquidis constantem, humanos artus & sensuum organa, omnia denique quibus corporum in his terris viventium systasis coalescit. Non alia Christi hoc respectu, per omne illud temporis spatium, quo apud homines degit, conditio fuit, quam Lazari aliorumque quos a tumulo revocaverat: hoc respectu, inquam, id est quoad essentiam corporis organici naturam. Procul enim omni dubio est, insigni supra alios reviviscentes prerogativa gavismus esse; cum nec morti amplius esset obnoxius, nec somni aut pastus indigeret, atque ex superiori quadam lege, cunctis mortalium hujus orbis incolarum infirmitatibus eximeretur. Id plane necessarium videtur fuisse ut constaret fides dominicae resurrectionis, unde totius Evangelii pendet auctoritas, quaque spes nostra omnis circa vitam futuram continetur. Fac enim Dominum Jesum statim ac revixit terrenum corpus cum coelesti commutasse, nec eundem apparuisse Discipulis qui ante obitum fuerat, tunc eorum omnino fidem labascere necesse fuit; tunc nec vere revixisse Magistrum credere potuerunt, neque spem ex tanto prodigio pariter quondam reviviscendi ani-

H

mo

mo concipere. Magna sane ingruit suspicio spiritum eos conspexisse, non hominem, si a resurrectione Dominus Jesus nihil habuit amplius quod consueto naturae humanae mori responderet; si dum ejus amplexibus haeribant & clavorum vestigia scrutabantur, evanida & transeunte membrorum specie fuerunt delusi. Nimirum oportuit, ut hominum captui sese adtemperaret Christus, utramque Oeconomiam tam ἐνσαρκώσεως, quam ἀνατάσεως sibi invicem respondere, & qui nobis liberandis nostri similis est natus, nostri quoque similem a morte resurgere, futurac, quam nobis peperit, gloriae certissimum exemplar.

Sic autem antedicta intelligi velim, ut de illo solum quadraginta dierum spatio accipientur, quo Christus cum Discipulorum grege versatus est, antequam in coelum ascenderet. Is nempe status quidam medius mortalem ejus & acerumnosam vitam a coelesti disjunxit, ut ab utraque distinctus, sic utriusque quandam participationem habens. Qua ratione Discipulorum infirmitati consultit, fidem fulcit, eosque ad melioris viac spem erigit; dum iis sese jam in hoc terreno domicilio tanquam coelestis gloriae pignus exhibet.

At Christo humana linquente, atque ad coelum

coelum evecto, alias vivendi cursus inchoatur, atque illustrior se se aperit rerum facies. Neque obsunt quae prius disputavimus, quominus Domini corpus statuatur discrepantem longe a priori formam, novasque prorsus proprietates induisse, quae beatarum, quas deinceps incolit, regionum ingenio melius congruant. Solutum igitur dicas in tenuem auram; lucidum, igneum, inorganicum & inconcretum appelles, vim ei fulminis instar penetrabilem, cuiusvis motus & formae capacem tribuas, per me licebit. Nemini quoque dubium esse potest, resurgentium ultima die Christo fidelium corpora aeternas regni coelestis mansiones non ingressura, quin carnem, sanguinem, concretamque terrenae molis crassitatem deposuerint, ut puro aethereae sedis, quam aeternum occupabunt, elemento contemperentur. Vix etiam iis organa, quae animatis tantum vitae usibus inserviunt, adhaesura crediderim. Denique uti nos ἵσταγγέλες in beata resurrectione evasuros, ipse Dominus docuit, sic redemptoris Christi non magis anima quam corpore ὁμομόρφου futuros, ipsissima est Pauli doctrina qui dum resurgentium corpus memorat, cuiusmodi futurum sit, illud a terreno hocce, quod nunc gestamus, tam dispari proprietatum charactere discriminat.

Phil. III.
21.2 Cor.
XV. 47
& seq.

H . 2

Ve-

Verum enimvero cum scripturae doceant *Fideles* ad Christi sui exemplar per omnia debere componi, si ab illo de ipsorum factis conjecturam facere licet, statuendum quoque est, medium quendam statum corporibus nostris inter mortalitatem hanc & conditionem coelestem obventurum, quo ab uno ad aliud extremum transitus fiat. Credo igitur in fine mundi, cum adventante judice mortui omnes ex sepulchris resurgent, nos iisdem corporibus vestiendos esse, quae in hac vita circumtulimus. Eadem dico, ratione formae & structurae, quae humanis, qualia nunc sunt, corporibus competit. Hoc suadent quae S. Scriptura tradit de mortuis, qui undecunque ad tubae clangorem excitati velut e specubus abditissimis, ubi terra marique per saecula latitaverant, in medium prodibunt. Item quae prodit de scena iudicii ultimi, quod non in coelis, sed in ipsa terra, seu circa terram, coëunte universo genere hominum, instituetur, cui accedit D. Pauli doctrina 1 Cor. XV. 51. Dum enim ait; *non omnes dormiemus, omnes vero immutabimur*, videtur innuere, qui cunque mortis somnum obdormierint evigilaturos primum, & corpora sua induituros, ut pariter cum iis, qui superstites remanserunt, cognitionem Judicis jubeant.

Quor-

Quorsum enim ii de quibus summus ille Jūdex nondum quicquam pronunciavit, fātum adhuc quisque suum exspectantes, ἀλλοίωσι illam experirentur? Certe id p̄ae-
postere fieret. Nec absoltoriam in electis
sententiam gloriofa corporum transforma-
tio potest p̄aeccedere, cum potius necessario
subsequatur.

Vides eo pacto facile in concordiam re-
digi, illinc quod scriptura adfirmat, nobis
eadem, quae nunc animamus, corpora in re-
surrectione restitutum iri: hinc quae Pau-
lus de spirituali & coelesti corpore differit.
Idem nempe erit corpus, si formam spe-
ctes, quo resurgentes induemur. Scilicet
ante peractum judicium, dum pro tribuna-
li stabimus, sententiam respectantes. At
vero post judicium latum, id ipsum organi-
cum sistema in aliam speciem, videlicet in
habitum coelesti gloriae congruum, immuta-
bitur, adeo ut crassa haecce & terrena mo-
les in coelestem puritatem & tenuitatem
aethereum sit transitura. Sic conveniet abs-
que ἀσυγχρόνια ulla, nos aliud corpus habi-
tueros ab hodierno, ob qualitatum discrepan-
tiam, & idem tamen habituros, si substan-
tiam respicias, terrestri forma tantum in
coelestem commutata.

Cæterum quantum ad redivivi corporis.

118 D I S S E R T A T I O

perennitatem adtinet, si integra hominis natura, qualem Adamus habuit ante lapsum, spectatur, perquam probabile existimo, tum corpus ei obtigisse tam firmac texturae, tamque affabre factum; tum animam corpori innexam, ex cuius nempe nativo vigore peccati tabes nihil adhucdum delibaverat, tanta vi ad continendam corporeorum membrorum compagem & vitales functiones obeundas polluisse, tanta industria variis seu liquidorum seu solidorum motibus regendis & contemperandis fuisse praeditam, ut dubium vix sit, quin animalem hanc vitam longe ultra metas caeterorum animantium fuisset prorogaturus, corpusque suum ab interitu per plura longe faccula vindicaturus, quam inter Patriarchas ii fecere qui prae caeteris longaevitate inclauerunt. Hanc enim libenter crederem homini supra belluas praerogativam concessam esse, hanc rationali animae prae brutorum animis facultatem competere, quamdiu scilicet perversis affectibus inordinatisque motibus vacat, ut corporis, cui comes individualia data est, harmoniam diutissime queat imperturbatam tueri. Quod nihilo minus tandem aliquando senio deteri & contabescere oportuit, ac communi terrestrium sorte in sua principia resolvi. Nam immortali-

talitatem Adamo, non ipsa naturae lex, sed divini foederis tenor spoponderat: ex cuius foederis vi, modo in illo servando perstisset, corpus ipsius, ut morti eximeretur, transmutari necesse fuit, & terrena crassitudine exuta, coelestem habitum adipisci. Quod vero de illa mentis in subiectum sibi organum efficacia monuimus, cuius etiam aliquod, etsi tenue admodum, experimentum in degeneri conditione nostra capere licet, credibile est, apud beatos in coelesti gloria, at modo praestantiori, locum habiturum. Scilicet resurgentium animis in sua nova corpora tale imperium, talem vim attributum iri, ut ab iis immortales ipsae in perpetuum mortalitatem arceant. Sic recurrentibus semper miraculis non erit opus, ut corporea concretio in aeternum permaneat, renovatae mentis vires ad id ex Dei praescripto sufficiant.

Atque id ipsum est quod Paulus videtur innuere, quando ait i ad Cor. XV. 45. primum quidem hominem factum fuisse *εἰς Φυχὴν ζῶσαν*, secundum vero *εἰς τοῦμαζ ζωποῖσιν*, vim eam intelligens quae corpus animatum perpetuo foveat, eique vitam perennem indat. Atque ea ratione quidem Christi ducis vestigia prementes, a mortalitate hac, quae nos aegros nunc & miserios

120 D I S S E R T A T I O

circumvolvit , ad beatam immortalitatem per omnes , quos ipse met incessit , mutationum gradus evehemur . Hanc nostram conjecturam proposuisse suffecerit . Ab hujusmodi enim arcanis curiosius investigandis abstinendum .



D I S .

DISSERTATIO QUARTA.

*De Cyrenii descriptione apud Lucam
memorata Evang. C. II. vs. 2.*

SAtis utique notum est, quam vexaverit Criticos, quantisve salebris implicuerit celebris illa Lucae pericope, ubi de censu sub Christi nativitatem per Judaeam instituto verba faciens Evangelistes, Cyrenii simul Syriae Praefecti mentionem injicit. Etenim si eo sensu S. Script. verba sumantur, qui primo intuitu ingerit sese legentium animis, descriptionem nempe peractam dum Syriae praeset Cyrenius, repugnat plane historiae fides, quae alium tunc temporis a Quirino hanc provinciam rexisse perhibet, ac decem minimum annis serius ipsum id muneric adiisse testatur. Neque vero temere quis judicaverit, Lucam, gravem & coaevum scriptorem, ut jam θεοπνευστας praerogativam tantisper seponamus, in facto recenti, quod suam gentem adtinebat, cuique, quam narrandam instituerat, Dominicæ nativitatis historia tam arte connectitur, hallucinatum fuisse, aut in nomine praesidis

H 5

aber-

523 D I S S E R T A T I O

aberrasse, cum praesertim eo pro certa temporis nota usus videatur; ubi solito maiorem diligentiam Historici adhibere solent. Varias igitur viri docti rationes inierunt ut durum hunc nodum solverent. Nec quicquam ex iis, quae aut ars hermeneutices, aut veterum monumentorum notitia, aut ingeniosa denique conjectandi vis adferre potuit, subsidiis praetermissum est, quo Luciae testimonium cum rerum gestarum fide in concordiam reduceretur. At cum, ut id ingenue fatear, ex tot discrepantibus sententiis nulla adhucdum penitus mihi fatiscerit, has omnes apud animum anxie versanti nova quaedam via obtulit sece, quae ex hoc labyrintho memet extricare visus sum. Hanc vero prius quam aperiam, opinionum, quae hucusque in medium prolatae sunt, brevem recensionem praemittere oportet. Non ut centies circa hoc argumentum disputata supervacuo labore, fastidiumque haud dubie legentibus creaturo, congeram, utpote apud notissimos auctores extantia, sed ut perpensis sedulo, & collatis ultro citroque, quibus unaquaeque nititur, rationum momentis, quam veri speciem habent singulæ, quibusve premantur incommodis, uno velut adspectu quivis cernere queat. Inde enim facilius fiet de nostra conjectatione judicium. Sed ut ordine progrediar,

ad

ad tres omnino classes omnis illa sententiarum varietas redigi posse videtur.

Primam facio eorum interpretum qui nodum secare, quam dissolvere maluerunt. Secunda ex iis constat qui dum unam eandemque recensionem esse pertendunt, quae Luciae, & illam quae Josepho memoratur, rerum Judaicarum scriptorem nihilominus cum Evangelista nostro conciliare tentant. Tertia classis denique eos omnes completitur, qui diversum statuunt censum, de quo Lucas, ab eo quem Josephus prodidit, caeterum in hoc uno consentientes, de Textus nostri enarratione mire a se invicem discrepant.

§. I.

*Primus ordo Interpretum, eorum
nempe qui nodum secant potius
quam resolvunt.*

Ut jam ab illa classe Interpretum ordiar, qui extrema sectati, nodum, quem haud facile solvendum existimant, incidere maluerunt, bipartito iterum ea dividitur. 1º sunt enim qui Josepho fidem prorsus abjudicandam censem in iis quae de Cyrenio prodidit. Et haec quidem sententia, pri-
mum quod sciam a Calvino prolata, Mal-
dona-

24 D I S S E R T A T I O

donatum, quod mireris, ad stipulatorem habet, qui commentario ad hunc locum, vult Josephum memoria lapsum confusisse tempora, & descriptionem de qua hic Lucas, ut & Actor V. 37, (nam de eadem utroque loco agi contendit) aliquot annis senius retulisse quam revera fuit. Eandem sententiam omnium strenuissime defendit Baronius (a). Is novam insuper, & plane diversam a Josepho, Syriae praesidum seriem contexuit, in qua bis terve Quirinus huic provinciae praefuerit. Ac primum mox a consulatu eum adiisse vult, cum in Ciliaciam ad debellanda Hamanadensium castella profectus est, ac post Titio, qui post Agrippam praeses Syriae fuit, cum eam unum annum aut alterum rexisset, subrogatum Quirinum, anno Juliano XXXVI. huicque demum Saturninum. Ex hac hypothesis, census tunc a Cyrenio inchoatus tantum, mox vero interruptus ob ingruentia Romanis aliunde negotia, sub extrema demum vitac Herodis, Saturnino Syriam administrante, perfectus fuerit. Sicque Lucae ὥρωτη ἐγένετο, per *primum facta* aut *inchoata* exponitur. At precariam hypothesis tam disertis profanae historiae documentis confutavit Card. Nor-

(a) Qui prolixam super consu Cyrenii Dissertationem instituit a §. 80. ad 99. *Appar. ad Annales.*

sius *Cenotaph. Pif.* Dissert. II. Cap. XVI, ut amplius stare nequeat. Observo praeterea, haud temere committendum, ut nequamquam spernendi scriptoris, qualis est Josephus, & idonei rerum suo tempore in Judaea gestarum testis, auctoritatem defugiamus, isque a nobis statim mendacii, cuius praesertim, in iis quae de (a) Cyrenio refert, nullam habere causam potuit, arguantur. Potior equidem apud nos Christianos esse debet S. Contextus auctoritas, mille exotericorum scriptorum testimoniis, quae si quid huic diserte aduersentur, aut contrarium adferant, haud cunctanter rejiciendi; at dum adhuc in ambiguo res versatur, quaevis potius componendi dissidii via tentanda est, quam ut annualium fidem sollicitando, S. Scripturam ipsam Profanorum obrectationibus & cavillis imprudentes objiciamus.

2º. Alii cum Josephum falsi infimulare nollent, consilium ceperunt S. Textui critica manu admovendi; quod multipliciter tentatum est. Sed quantum judico, parum felici hucusque conatu. Nonnulli enim integrum, quae versu. 2º continetur, pericopè delendam censem, quam nempe prospuria habent, e margine in textum irrepsisse suspicati. Sciolus quispiam, ut putant, cum apud Josephum legisset de peracta

(a) *Antiq. XVIII. 1.*

acta per Quirinum descriptione, eandem esse ratus quam Lucas in Evangelio memorat, hanc Quirino Syriae Praeside contigisse ad oram sui codicis adnotaverit. Quae lacinia postmodum, ut saepe fit, librarium errore in contextum recepta est. Eo conjecturam firmant, quod, expuncta hac parenthesi, sensus integer maneat, eademque opera Lucas cum Tertulliano, adv. Marcion. L. IV. Sentium Saturninum descriptio-
nis hujus auctorem perhibente, consentiat; quem vix probabile est Saturninum nominasse, si apud Lucam Cyrenium legisset. Hanc conjecturam T. Beza in prioribus curis (*a*) pro-
tulit; quam tamen deinde abjecit. Simili fundamento, Tertulliani videlicet auctoritate, Valesii emendatio nititur, *Saturninum pro Cyrenio* reponentis. Cum Huetius contra leviori mutatione pro Κυρηνία Κοιντιλίου le-
gendum divinet; ex Chronologicis calculis nempe id manifestum statuens, Quintilium Varum sub extrema Herodis tempora Syriam obtinuisse.

Verum haec tantamina eo minus ad-
sident, quod nimiam vim Textui Sacro
quem summa semper reverentia & solli-
cita

(*a*) Quo nomine proscinditur a Salmerone & Baronio:
sed egredit eum defendit Spanheimius *Dub. Evang.* parte
2. p. 130,

cita cautione tractare decet, adferre videntur, atque a recepta scriptura, quam omnes, quotquot suppetunt codices, summo consensu repraesentant, longius abeunt. Neque enim facile cuiquam persuaseris, vitio *Cyrenium*, pro *Saturnino* positum, omnia quotquot nunc exstant exemplaria pervasisse; praeterea in nomine *Cyrenii* aegrè *Quintiliis* vestigia deprehendas: multo minus, integrum versum secundum, tanquam suppositum, ex contextu eliminandum, cum in nullo Manuscriptorum desit, censebunt paucio religiosiores Critici.

§. II.

Secundus Ordo Interpretum, qui eandem Lucae & Josephi descriptionem statuunt.

Secundo Interpretum ordini eos omnes adscribimus, qui sic Josephum cum Luca conciliare adgrediuntur, ut non nisi unicam in Iudea factum descriptionem agnoscant. Hoc autem dupli ratione conficitur. Prima *Calvinum* auctorem habet, calculum ei libenter addente *Valesto*. Decretum scilicet Augusti, sub mortem Herodis Magni promulgatum, nescio quibus de causis, non nisi post decem vel duodecim demum annos, mutato regni statu, & praeside Syriac *Cyre-*

Cyrenio, exexecutioni mandatum. Verum conjecturae cetera satis probabili, obstat ipsa
 Luc. II. narratio Lucae de Mariae & Josephi Beth-
 ™. 3, 7. lehemum profectione, atque hominum huc
 ut nomina profiterentur undecunque con-
 fluentium turba; unde satis patet non desi-
 gnatum modo, sed revera actum tunc cen-
 sum fuisse.

2. Aliquantulum ab hac diversam ratio-
 nem excogitat Whistonus in scripto Angli-
 co cui titulum fecit, *a short view of the*
harmony of the Evangelists. Is ἀπογρα-
 φήν, tributum aut vectigal interpretatur;
 cui scilicet exigendo decretus sit census, a
 Luca vs. I. hujus capitis memoratus, uti
 etiam Maldonatus putavit; at quod pendi-
 coptum non est, antequam Cyrenius Sy-
 riae praeslet: vocem ἀπογράφης versu 2º, a-
 lio longe sensu sumens quam praecedent-
 i versu verbum ἀπογράφεσθαι. Ac multus
 quidem in eo est ut exemplis probet, ver-
 bum & verbale ex eo ortum in eadem ora-
 tionis serie diverso significatu saepe occurre-
 re, quod ipsi facile largimur. Verum ut
 jam non dicamus, ambiguitate ad finium yo-
 cum, sensu tam diverso in eadem periodo
 positarum, Lucae Sermonem mire involu-
 tum & obscurum fieri, vox ἀπογράφη Grae-
 cis tantum pro censu, pro recensione ipsa,
 aut tabulis publicis, nunquam vero pro
 vecti-

vectigali sumitur, uti luculenter ostendit Doct. *Lardnerus*, qui insuper ex Josepho demonstrat, nullum Judaeis *vectigal*, ante Archelaum regno pulsū, illius recensio-
nis causa quam sub Christi nativitatem im-
peraverat Augustus, impositum fuisse. Pulso
vero Archelao, Cyrenius in Judaeam ve-
nit ut Judaeorum bona *vectigalia* redderet,
quod plane alia res fuit. Nec sine summa
injuria, & omnium rerum in Judaea per-
turbatione, tale *vectigal*, ex antecedenti
decem retro annorum censu solvi potuisse,
idem *Lardnerus* probat. Iniquam rem eer-
te Romani fecissent, si *vectigalia* incolis Ju-
daeae proprie sic dictae imposuissent, ob praed-
dia in Herodis Tetrarchae aut Philippi di-
tione sita.

§. III.

*Tertium interpretationum genus dupli-
cem Censum admittit.*

Tertiam Interpretum Classem constituunt,
quicunque duplēcēm fuisse censum confiter-
tur, priorem a Luca, posteriorem a Jose-
pho relatum. Sed in hoc uno consentien-
tes, in explanando Luca, sic ut cum Jose-
phi narratione consentiat, longe diversas
vias insistunt.

~ I

I.

1. Est quae Bezae auctorem habet. Ista vocem ἡγεμονέοντος intelligit, non de praefide Syriae proprie dicto, sed de potestate extra ordinem Cyrenio tunc temporis delegata, ut censum in Syria & Judaea ageret,

^{Span.} ^{hem,} conjunctaque ad id exsequendum S. Saturnini aut Q. Vari opera uteretur. Id totum ^{Dubia} ^{Ev. parte} vero fatendum est mera conjectura niti, ^{2. p. 145.} ^{&c. can.} quam sollicite, laciniis hinc inde petitis, atdem sen- que ex iis quae de Cyrenio ipso, ejus intentiam dole, fortunis, Orientis statu post ejus condicat. ^{Lardner} historia prodit, convestire aut incrustare sat- ^{ab*infra*} ^{pp. 414.} agunt hujus opinionis defensores. Nibir- lominus in eam agmine facto frequens it doctorum cohors. Scaliger, Casaubonus, Grotius, Petavius, Montacutius, Hammon- dus, Usserius, Norisius, Pagi, quanta no- mina (*a*)! per vulgaram scilicet apud primo- rum saeculorum Christianos traditionem amplexi. Verum obstat, ipsa vis verborum Συριάς ἡγεμονέοντος Κυρηνίου, qua, velis no- lis, Quirinus sub praefidis Syriae proprio dicti titulo lectoribus obversatur. Praeterea cum toto Oriente notus esset Cyrenius, dum scriberet Lucas, ob Syriae praefectu- ram proprie sic dictam quam revera gesserat

por-

(*a*) Ut patet ex verbis Juliani Imperatoris apud Cyrilum Lib. VI. contra Julian. p. 213. edit. Spanh.

potestate ordinaria, cuinam quacso fiet credibile, hic nescio quod extra ordinem ipsi demandatum munus, de quo (*a*) omnis historia silet, Lucam intellexisse, nec lectoribus cavisse, ne, ancipiti vocis ἡγεμονώντος intellectu decepti, a vera temporis nota aberrarent; aut ei, dum ipsum errare putant, fidem omnem abjudicarent?

z. Novam interpretationem e suo penu promitt *Lardner*, eruditus Anglus, in praestantissimo opere quod ante quatuordecim annos emisit sub hoc titulo (*b*), *The credibility of the Gospel history*. Is verba Lucae sic vertenda censem. *Haec fuit prima descrip-
tio Cyrenii* (illius scil.) *qui Syriae præfuit* ἐγέρετο non reddit, facta est, sed fuit simpliciter. Haec verba autem, ᾧ πότη ἀπογραφὴ conjungit cum voce κυρηνίς, non cum ἐγέρετο & participium ἡγεμονώντος, idem hic valere censem ac nomen ἡγεμόνος. Cujus significationis exempla quaedam profert, at
quac,

(*a*) Conjicit Cl. Allix in Diatribe de an. & die natali Christi hanc ἀπογραφὴν a Cyrenio cum ab Oriente redux per Iudeam pergeret Romam de Homonadenibus triumphatus, velut in transitu peractam, coque pertinere Sacramentum illud, quod Judaei Augusto & Herodi dicere adacti sunt, quo utrique fidem & obsequium addicerent. Quod tamea ex Phariseis sex mille detrectarunt; narrante Josepho. Eandem conjecturam ex Kepplerio profert Spanhem. vid. loc. cit. p. 163. Hanc quoque multis propugnat & incrustat Lardnerus. V. etiam Casaub. Exercit. in Baron. I. §. II. p. m. 15.

(*b*) B. a. Chap. I. p. 418.

quae, pace Doctissimi Viri dixerim, nondum rem confidere videntur, & extra omnem dubium ponere; ut potissima eorum diligenter expendenti patebit. 1°. Locus Dionis Lib. XLV. de tribus Antoniis fratribus ἄτινες ἀρχὰς ἀμὰ ἀπαρτεῖσχον. οὐ μὲν Μάρκος ὑπατέων, οὐ δὲ λεξίος δημάρχων, οὐ δὲ γαϊος τραπένγων, alienus ab hoc nostro est. Partecipio quidem Dio utitur ut Consulem, Tribunum plebis & Praetorem indicet, verum de tempore ipsissimo loquitur quo simul honoribus hisce tres fratres fungebantur. At ex Lardneri sententia, apud Lucam de eius tempore sermo est, quod Cyrenii praefecturam antecessit. 2°. Herodianus quidem dicit Lib. I. c. 2. τῷ Βασιλεύοντι Μάρκῳ filias complures natas, filios vero duos tantum, cum ex iis liberis quosdam lusceperit ante Βασίλεων seu imperium adeptum. Verum adhuc dispar est ratio adlati exempli ad hoc nostrum; cum multum absit quin participium pro nomine positum, hic eandem quam apud Lucam ambiguitatem pariat. Quis enim quaeso, mediocrirer in scribendo versatus, ut eam descriptionem notet, quam Cyrenius extra ordinem in provincia egit, cum huic deinde similem, decem post annos ejusdem provinciae praeses factus iteraverit, quis inquam mediocriter scribendi peritus de priori descriptione loquens dicat primam illam fuisse.

fuisse, ἡγεμονεύοτος Συρίας Κύρηνος, cum in promptu sit, si ἡγεμονεύοτος scribat, omnem statim amphilogiam tolli? certe quo notior Cyrenius, quo magis celebris ejus ordinaria Syriae praefectura, eo sollicitior Luciae cura esse debuit, ne ancipi oratione falseret legentes, quibus proclive fuit de Cyrenii jam Syriam administrantis censu proper exortos inde motus famosissimo accipere, quod de alio obscuriori, quem ex peculiari Caesaris mandato prius instituerat, Lucas intellectum voluit. Quin ἡγεμονεύων pro ἡγεμώνι aliquando ab idoneis scriptoribus usurpatum sit, nil intercedo; verum alicujus pretii scriptorem talem locutionem usurpasse, ubi parum historiae peritis errandi ansam praebere, & certas temporum notas conturbare posset, id vero est quod aegre mihi persuaderi patiar. Quod autem apud antiquae Ecclesiae scriptores legamus, censum illum qui Mariam cum Josepho Beth-
lehemum pergere coegit, actum fuisse a Cyrenio, id parum Bezae causam aut Lardneri juvat, nam quod sic Justinus aevi creditur Christiani, non ex certa traditione rerum nascente Christo gestarum, sed ex Lucae loco malo intellecto huiusse patet. Eiusmodi exemplum praebet baptismi pro mortuis censuetudo, quam non iam Pauli

Justin:
Mart. A-
pol. I. p.
75.

saeculo invaluisse (*a*), sed ex Pauli verbis *Cor. XV.* originem traxisse, doctiores agnoscunt. Ex inolita illa Christianorum persuasione interpretandus quoque, quem Lardier tanquam sibi faventem adduxit, titulus latinae versionis Origenis *Homiliae XI.* in *Lucam*, ubi sic legitur: *haec est descriptio prima quae facta est sub praefide Syriae Cyrino.* Ubi clarum est ex vulgata opinione intelligi sub ejus praesidio descriptionem peractam, non autem ipsum nudo titulo *praesidis* indigitari, quo nondum ornatus esset quando descriptionem ficeret.

Sed majori insuper nova haec sententia vitio laborat; quod non solum è plano & nativo verborum sensu deviet, sed hypothesi merae tota nitatur, siveque iisdem, quibus Bezae sententia, incommodis prematur. Dices, nullo itidem antiquitatis documento constare, descriptionem aliquam apud Judacos factam, antequam Syriam moderaretur Quirinus; Verum equidem. At plurimum interest utrum duplēm hic censum distinguas, sola Lucac auctoritate frētus; an vero prioris aequē ac posterioris Cyrenium auctorem facias, absque diserto S. Scriptoris testimonio. Postremum est hāriolari; primum, Scriptori *Georγeūs* de-

(*a*) Adi infra Dissert. VI.

debitam fidem tribuere. Hoc certissimo principio nititur, illud incerta hypothesi; cum enim aliquot demum annis clapsis post obitum Herodis M., celebratum illum Iosepho Cyrenii censum peractum fuisse constet, Lucas vero de censu loquatur qui Herodis mortem antecesserit, ne manifestus in re nota parachronismus coaetaneo, ne jama dicam Γεωργίῳ scriptori impingatur, anterior aliquis in Judaea census necessario statuendus: neque tanti est profanorum annalium silentium, ut sacrae paginae fidem elevet. Verum priorem illum a Cyrenio quoque esse, cum diserte non adfirmet Lucas, (aut certe pro concessu sumi nequeat, cum id adfirmare, quando de sensu ejus ambigitur, est τὸ χριστόνευον,) neque id necessaria ex ejus verbis deductione eliciatur, mea est conjectura, interpretationi verborum tantum subserviens, quae, si commodior alio quovis pacto sensus excuspi posset, continuo facessere debet.

Ex antedictis colligitur duplēm omnino descriptionem statuendam esse, si Lucae & Josephi testimonia inter se conferas. Nec ullam inter hosce scriptores pugnam esse. Circa priorem enim de qua Lucas, Josephi silentium nos movere non debet; quae cum nullis in Judaea mori-

I 4 bus

bus (*a*) causam praebuerit, nec ad Judaeam speciatim pertinuerit, utpote universum orbem Romanum complexa, hanc Josephus nil opus habuit commemorare (*b*) occasione alterius, quae ad Judaeos unice spectabat. At Cyrenio utramque tribui perinde non est, nec cuiquam ullo pacto fiet probabile, Josephum, dum ejus praefecturam narrat, & censum tunc peractum, ne verbulo quidem indicaturum fuisse, cundem illum Cyrenium a decem retro annis simili negotio τιμήσεως extra ordinem functum,

3^a. Denique sententia est, quam se primum aperuisse gloriatur *Herwaertius*, quamvis eandem Casaubonus (*c*) Scaligero vindicet, cui in mentem seperat prius, ab eo mox, & merito quidem ut ait, repudita. Illa autem, verba Lucae ὡράτη ήγεμονεύοντος Κυρηνίας sic exponit; *prius quam Syriae*

(*a*) Recte observat Valesius *Annotat. ad Euseb. Hist. Eccl.* p. 11. ut Josephi narrationem tueatur: turbas quas ex Cyrenii censi ortas prodit, quibusque Lucas Actor. Cap. V. testimonium perhibet, ante detrusum folio Archelaum haud potuisse nasci. Quippe quondiu propriis Regibus parvunt Judaei, periculum non erat ne in Romanorum servitatem redigerentur.

(*b*) Obscurum tamen prioris indicium eruit Bern. Lami ex verbis Josephi Vid. sup. qui Judaeos dicit τὴν ἐποχὴν φέρειν; quasi tamen uiorem aliam innuat; dum αὐτοφερόμενος numero plurali memorat. V. *Appar. Chronol.* p. 82.

(*c*) Exscrit. I. in Baron. §. 32..

riæ praeceſſet Quirinus. τρόπῳ Scilicet sumendo ἀντὶ τοῦ, τρεπά. Hanc interpretandi viam viri quoque docti non pauci sequuti sunt, quibus se comitem addidit Perizonius, edita Dissertatione de Augustea orbis terrarum descriptione. Ubi tamen plurima ab Herwaertio huic interpretationi fulcienda adlata valde ἀποσδίουσα fateatur. Certe, si verum dicere licet, parum huc faciunt (a) omnia loca quae proferri solent ut ostendatur τρόποι pro τρόποι usurpari, & gignendi casum regere, quando prioritatem notat. Nec multo plus, meo quidem judicio, proficit Perizonius, cum τρόπῃ, simpliciter verbo junctum, pro adjectivo numerali habet, quod adverbii vicem impleat, ut solam ordinis & numerationem significet, sine discrimine, plures ne sint, an unus qui sequantur. Praeposteram vero hic mirari liceat & obscuram Interpretum diligentiam, dum toti quanti in eo adstruendo, de quo lis nulla movetur, id quod caput quaestioneſ est, & in quo rei cardo vertitur, sicco pede ſecuri transiliunt. Haud enim in controversy eſt, an positivum, ut Grammatici vocant, pro comparativo

(a) Ea accurate recensita & expensa legere eſt apud doctiss. Gardner Credib. of the Gospel history B. 2. chap. I. p. 399. 412.

138 D I S S E R T A T I O

rative sumptum gignendi casum aliquando regat; cum talis constructionis exempla existant innumera; sed de rata phrasí Lucae agitur eo sensu accepta, ut res dicetur *prior aliquo imperante*, quo innuimus eam aliquanto prius evenisse quam is imperaret, ἀπογραφὴν τρόπην ἐγένετο, ἡγεμονεύοντος Κ. pro eo quod est, τροπέρα, aut τρὶς ἡγεμονεύοντος. Quod non video qui cum Graecis, aut quavis alia lingua loquentium more consentiat. Nec (*a*) ulla hujusmodi locutionis exempla proferantur, quicquid affuent viri docti. Nam quas huic illustrandae venditant pañsim, quantum ab ludant, quamvis sint dissimiles, cuivis conspicuum.

20. majorem adhuc scrupulum movet, eadem, quam jam in praecedenti ἐπιλύσεi observavimus, sermonis ambiguitas. Sive enim ἡγεμονεύοντος pro ἡγεμόνος accipias, quasi noto dum scribebat titulo Lucas Romanum procuratorem indigitaret, quamvis per id ipsum quo de agitur tempus, nondum illo insigniretur titulo Quirinus; sive τρόπη cum ἡγεμονεύοντος Herwartii sensu conjungere

(*a*) Unum quod alicujus ponderis videri possit desumptum ex Jeremiae XXIX. 2. Secundum LXX. Int. *Verba quas misit Jeremias Babylonem ὑπεροχήν ἔχαδόντος Ἰερουσαλήμ i. e. postquam exiit.* Sed ut analogia constaret oportebat τοὺς ὁ scripsisse τὸν ὁ λόγοις ὑπεροχήν ἔχαδόντος adjективum scilicet pro adverbio,

gere malis, redit semper id incommodi; quod cum posterior descriptio per Quirinum jam Syriac praefectum famosissima in illis regionibus foret, propter exortas inde turbas, proclive sit haec verba prout jacent legenti Lucam, sic intelligere, quasi nascente Christo Quirinus Syriae imperitaret; id quic revera multos fecellit. Quem tamen erorem ne errarent, aut sibi tribuerent, carere profecto debuit scriptor diligentissimus. Eacterum ultima haec interpretatio, cum nec chronologicas rationes conturbet, nec quicquam adversetur notis ex historia rebus, proxime ad verum & ad Evangelistae mentem accedere censenda est.

§. IV.

Totius quaestioneis summa. Quid pro in dubio in ea tenendum. Nova conjectura ad solutionem adfertur.

In tanto sententiarum divortio, hoc saltem ante omnia firmum stare dabit & fixum. 1º. Syriac praefide Quirino censem in Iudea actum fuisse, quem satis celebrem reddit seditio haud levis, Iude Gaulonita duce exorta, eam unam ob causam, uti diserte memorat Josephus. 2º. Descriptionem hanc de-

decennio minimum (a) posteriore esse altera illa de qua Lucas, quae nascente Christo contigit, dum S. Saturninus Syriae praefset, quem inter & Quirinum medius Q. Varus, eandem provinciam rexisse legitur. 3º. Proditum nusquam, Quirinum plus semel Syriae praefuisse, aut ante praefecturam, de qua Josephus, extra ordinem in Syriam missum a Caesare cum mandatis aut potestate aliqua; nedum ab eo descriptionem civium factam in Judaea. 4º. Capita tamen civium recensita, & singulas familias tabulis censualibus inscriptas fuisse tunc ex Caesaris edicto cum Christus nasceretur, (sive universum orbem Romanum edictum illud complexum sit, seu ad solam Judaeam pertinuerit, ὥστα δικαιέντων, familiari S. Script. locutione, dictam,) tam certum nobis est, quam indubia auctoris sacri fides,

tali

(a) Erravit *Origenes* qui utramque confundit L. I. contra *Celsum* p. 44. edit. Spenc. *Eusebius* haud sibi constat qui cum in *Chronico* p. 76. diserte scribat Cyrenium ex Senatus decreto in Judaeam missum anno 33. Herodis ut bonorum simul & capitum recensionem ageret, idem H. E. I. 5, censum illum, de quo Josephus, eundem esse velit qui sub Christi nativitatem contigit. Suspiciatur *Lindonius* vid. sop. priori loco rem retulisse simpliciter, prout sui aevi constantes ferebat traditio; posteriori vero dedita opera utramque hinc Lucae, illinc Josepho memoratam eandem esse voleuisse, et si diversas probe nosset; ut scilicet auctoritate Josephi testimonio Evangelico fidem faceret, simulque innueret de tempore hallucinatum Iudaicarum rerum scriptorem. Haud longe ab ea suspicione abit Valesius.

tali facto tam accurate temporum notas ad-
dentis, apud omnes Christianos esse debet.
His ita constitutis, sedulo cavendum ne vis
ulla Lucae verbis inferatur, aut a consueto
loquendi more temere recessisse existimetur.
Minus adhuc puto decere interpretes, fa-
cta inaudita & absque ullis auctoribus pro-
lata ex ingenio comminisci, aut usque adeo
indulgere conjecturis, ut undecunque in
historiis arripiant, quicquid vel minimum,
cum ea quam struxerunt hypothesi, congrue-
re visum est. Quo hic plurimum Interpre-
tes vitio laborant.

Cum hucusque igitur de loco hoc vexa-
tissimo haereat aqua, age conjecturam no-
stram aperiamus. Omnia erunt in liquido
posita, si nulla Textus mutatione, particu-
lae duae tantum, quas deesse suspicor, Lu-
cae restituantur. Mihi prope certum est
scripsisse Lucam Ἀυτὴν ἀπογραφὴν ΠΡΩΤΗΝ
ἐγένετο ΠΡΟ ΤΗΣ ἡγεμονεύοντος τῆς συρίας
Κυρηνίας. *Prima illa descriptio facta est*
ANTE ILLAM quae [evenit scilicet] re-
gente Syriam Quirino. Sic clara fluit or-
atio, quam inoffenso pede percurras, nihil
obscuri habet aut perplexi, nil quod ambi-
guum sit aut insolitum. Nam sic promiscue
loquuntur, vulgari ellipsi adhibita, $\tau\bar{\rho}\tau\bar{\eta}$ τῆς
ἡγεμονεύοντος, id est, $\tau\bar{\rho}\tau\bar{\eta}(\alpha)$ τῆς ἀπογραφῆς
γενο-

(a) Eadem plasis occurrit Lucae XI. 38. ὅτι εἰ πρότοις
θεατήσῃ πρὸ αἵρετος.

γενούμης, ἵγειανέντορος &c. Eo pacto Evangelistae nostri testimonium cum Annalium fide minime pugnat, talibusque concipitur verbis, quae nullam errandi Lectoribus ansam praebeant. Adde nihil scopo quem sibi Lucas propositum habuit magis congruere, quam ut sic scriberet. Ideo enim Cyrenii mentionem facit, ut descriptionem qua Dominus Jesus censitus est, posteriori, sub praeside illo Romano peractae opponat, quae oppositio demum particularum restitutatur a ope manifesta fit. Quod si duas voculas hasce, quas Lucae restituendas existimo, e textu excidisse statuam, nihil dixero quod non quibusvis Critices peritis me approbarunt confidam, aut certe reddam probabile admodum. Primum vides quam parum sit discriminis inter $\pi\rho\alpha\tau\eta$ & $\pi\rho\alpha\tau\tilde{\eta}$. (nam continuo tenore, absque ullo quod vocum distinctionem notaret intersticio, scribebant antiqui, uti notum est. Praeterea omicron pro omegalo antiquitus nullo figurac discriminis possum). Quod cum Librarii oscitantes, & in historia plane rudes parum adverterent; seu id oculorum, quod ex autographo ipsi descripsierint, seu aurium, quod ex dictantis ore exceperint, vitio evenierit, tanquam bis repetitum, & manifesto $\pi\rho\alpha\lambda\kappa\sigma\sigma$, secundo loco aut praetermittendum, aut ut jam positum delendum statuerunt.

Eo

Eo autem prioniores in temerariam emendationem fuisse credibile fit argutulos illos Aristarchos, quod cum perinde sit ad Grammaticae leges quod attinet, utrum ἡρότης ante vocem ἔγένετο, aut à tergo ponatur, facile evenisse putarunt ut scriptor per incertiam, ut sit, τὸ ἡρότην bis scripsit, aut pronunciaverit in dictando; non advertentes sigma finale posterioris vocis, dum magis structurae verborum quam subjectae sententiae ac rebus ipsis intenti sunt (a).

Conjecturae huic nostrae oppones, sat scio, omnium quotquot existant codicum consensum, ubi vocalorum ἡρὸς τῆς vestigium nullum, ac nimiam forte conjectandi pruriginem culpatis. Fateor summa religione Criticen versari debere in hisce rebus. At quam tot Viri docti & pii, in obscuris divinandi licentiam pudenter sumpserunt, cum bonorum omnium venia, imo & laude, mibi quoque spero concessum iri. Cum
prae-

(a) Ingenuitas me vetat dissimulare hic inventionis laudem mihi ex parte praceptam a doctissimo Whitby. Et jam diu erat quod hanc cogitationem animo fovebam, cum fortuito incidi in notam ejus ad hunc locum, ubi talia sunt ejus verba. *I would rather read ἡρὸς τῆς than ἡρότην. But neither do we need this criticism, since &c.* Vides quam negligenter uno verbo aperiat conjecturato cui ipsi parum fudit, quaeque etiam a nostra discrepat. At hanc ultimam altera plausibiliorum adfirmare auctoritates meas paulo adtentius expediti.

praesertim de capitibus non agatur quae salutis doctrinam contineant, aut controversas spectent Christianorum de Religione scientias. Itane inquis, contra universorum quos superstites habemus Msc. fidem? Quidni vero? cum nec ipsum D. Lucæ autographum habeamus, nec omissio sit tanta ut non facilime descriptorum oculos & diligentiam fecellerit, & a primis jam apographis in codices nostros vitium emanare potuerit, haud absque Sapientibus causis id sincente divina Providentia.

Is equidem sum qui pro certissimo habeam, S. Canonis integritati tuendae Numinis curam tam sollicite invigilasse, ut nihil interpolari aut addi aut detrahi passa sit, quo vel minimum fides Christiana detrimentum accipere, aut labascendi periculum adire queat. At certe peritis omnibus ludibrium debeat, quodque pejus multo est, Religionem ipsam hostium fannis objiciat qui contenderit, perpeti ab Apostolorum temporibus ad nostra usque miraculo cautum fuisse, ne quod quibusvis Antiquitatis scriptis accidere necesse erat, ne iis exceptis quidem quae ad nos maxime illibata & incorrupta pervenerunt, id quoque Evangelicis (*a*) eveniret, ut scilicet librariorum ostentantia

(*a*) Operæ pretium est legere quae de hac re proficiuntur Spanhem. *Dubior Evang.* parte 2. p. 129. & Huetius in *Demonstrazione sua Evangelica* Prop. IX. Cap. 10. p. m. 782.

citantia & incuria, aut exesarum chartarum vetustate, particulae quaedam aut apices hic illic interciderint, aut peregrina vox una aut altera irreperserit, aut veram alicubi lectionem prava eliminari. Certe contrarium abunde testatur immensa illa variantium lectionum N. Test. strues, quam improbo labore exaggeravit *Millius*. Ubi sicut mirari licet, & grato erga Deum Opt. Max. animo recolere, in tanta discrepantium scripturarum varietate nil reperiri, quod aut Sacrae historiae fidem concutiat, aut doctrinae Christianae summam vel levissime laedat, sic etiam manifestum fit, aliquid humanitus passos S. paginarum exscriptores ab autographis nonnunquam deviasse, & ut genuinus textus certis in locis dignoscatur, non nihil labori & industriae legentium relictum fuisse.

Et ut ad propositum revertar, causae optimae & sapientissimae non desunt, ob quas Deus passus credatur, humana in describendo ἀβλεψία, a primis jam Ecclesiae temporibus parumque ab ipso fonte remotis, hoc offendiculum in Lucae narratione Christianis lectoribus objici. Cui quidem primorum saeculorum Christianos haud impedito mirum non est, potioribus intentos. Hi nempe criticae artis minime periti, haud

magis temporum scientiam aut Chronologiam rerum seriem, parum illo aevo excoli solitam curabant. At posteriorum saeculorum eruditos, inquies, hic scrupulus male torsit. Ita certe, ut ex difficultibus S. Scripturae locis nati sint alii complures. Sed quid si respondeam, quod aequae de caeteris omnibus dici velim, & id providenter factum, ut fides Christianorum exerceretur? ut nostrae in obscuris quaestionibus tractandis modestiae periculum fieret? ut homines inde discerent quadam aequo animo nescire velle? ut locus esset eam verbo divino recentiam & fidem exhibendi, quae neutriquum intricatis nodis de ἐκτιοφανεῖ convelli possit? ut labori quoque nostro & industriac in explanandis scripturis S. aliquid esset relictum? Eo fine denique, ut hinc incredulorum, qui quamlibet scripturas cavillandi, & veritatem Evangelicam insectandi opportunitatem improbo & pervicaci animo captare solent; inde piorum & verè sapientium, qui veritatis cœlestis clarissimam lucem amplexi, offusas illi nubeulas, sibi occurrunt, non morantur, discriminem abunde pateat.

§. V.

*Exempla duo conjectationi nostrae tuer-
dae prolata. Locus 2 Reg. VIII. illu-
stratus. Alius Ephes. II. 5. recen-
sus.*

Sed ut conjectationi nostrae pondus ali-
quod addam, ecce commodum succurrit
consimile & plane geminum exemplum re-
stitutionis, ut mihi quidem videtur, neces-
sariae, quod coronidis vice huic disputatio-
ni impositum & ὡς ἐν ταρπέψῃ simul etiam
perplexum satis Sacrae historiae locum illu-
strabit, ni fallor. Is exstat 2 Regum Cap.
VIII. §. 10. ubi cum Hazael ex mandato
Benhadadi Syriae Regis graviter aegrotantis
Elisaeunr adiisset, ut eum de morbi exitu
sciscitaretur, in hunc modum respondet pro-
pheta, prout in textu Hebraeo verba jacent;
לֹךְ אָמַד לֹא חִיָּה תְּחִי ad verbum; *vade,*
dic non vivendo vives aut non convalesces.
Ibi pro **לֹא non**, quia per mackaphi cum
אָמַד conjungitur, monent Massorethae le-
gendum **לו ipfi**, unumque esse volunt ex
quindecim locis ubi **לֹא pro לו** positum
sit. Ea sententia: *dic ei, sanaberis omni-*
no: quam emendationem, paucis exceptis,

K 2

qui

qui (*a*) τῷ Ketib adhaerere maluerunt, Interpretum turba secuta est. Sic vernaculus noster Genevensis. *Pour certain tu en pourrois relever; toutefois l'Eternel m'a montré que pour certain il en mourra.* Qui paraphrastae hīc more se gessit potius, quam fidi Interpretis, & quem conjectando sensum sibi exsculpere visus est, maluit amplecti quam eum quem verba sonant nude proferre. Similiter Clericus, sed simplicius; *Tunc ei Elisaeus; ito, inquit, dic ei convaliturum, quamvis ostenderit mihi Jehova eum moritum.* Mirum sane tot eruditis viris eam interpretationem placuisse, quae, si leviter mentem advortas, absonta videbitur. Sic enim falsum renunciari Benhadado jussisset Propheta, quodque ipsem et optime noverat non eventurum. Cum statim addat; *ostendit mihi Jehova eum moritum esse.* Qua vero de causa miserum Regem decipi vellet, quamve Elisaicum decüsset, doloso, aut potius mendaci nuntio hominem deludere, viderint alii. At huic incommodo ut medeantur Interpretes, verba, qua possunt emollire tentant, intelligi volentes morbum hunc per se lethalem non fuisse, quod quidem verum erat, atque ab eo

(*a*) Junius & Tremolius atque Biblio Belgica, optimè negantem particulam expresserunt.

eo Regem potuisse convalescere. Non enim vi morbi, sed famuli fraude opresso interiit. Quod ipsis occasionem praebet multa de causarum naturalium ordine, deque futurorum, quae conditione aliqua suspensa haerent, praesensione philosophandi. Verum hic sensus quam detortus & longe quaesitus ! quam ab verborum **יהוה תחרה**, simplicitate alienus est ! Nec felicius nodum solvunt alii , dum ironice Prophetam locutum esse contendunt, Micheae exemplo i Reg. XXII. 15. cum sermonum utrinque habitorum discrimin in obvio sit. Minus adhuc audiendi qui amphilogia, & τε οὐλούμονία usum censem. Quis enim cogitare sustineat sanctum Virum intempestivo joco in re seria lusisse ? Quid statuendum igitur ? Elisaeum a Deo praemonitum id quod res erat nude indicasse, & sibi consentanea locutum Hazaeli respondisse; *abi ad Dominum tuum, ipsique dic Dei nomine, non vives amplius, ostendit enim mihi Deus.* (vau praefixum saepe particulac causalis apud Hebrewos vice fungitur, uti notum est) *eum moritum.* Vides jam particulam negantem נְלֹא prout jacet in textu retinendam, sed simul particulam לו ejusdem plane soni praeponendam, quae cum verbo preceden-

te per mackaph connectatur eo pado; אָמָר לֵי לֹא חַיָּה תְּחִיה. Facile excidere potuisse, & Librarium diligentiam fugisse unam (a) ex duabus vocalis se mutuo consequentibus, quae praesertim ad fines essent & similis soni, concedent, credo, quicunque norunt quam saepe in Textu Biblico qualem nunc habemus (b) evenerit, ut לֹא & לְוֹ pro se invicem vitio ponantur. At Massorethae non advertentes pronomen excidisse, τὸ ΛΑ temere e textu exterminandum judicarunt, ac lineola mackaph, qua cum verbo אָמָר mendose connectitur, decepti, pro ΛΑ textus, margini ΛΙ Keri apposuerunt, cum revera utrumque retineri sensus ipse flagitaret, sicque prava emendatione sensum funditus perverterunt. Ut autem τῷ Ketib, prout jacet, nonnullorum Criticorum exemplo, non adquiescam, atque לוֹ omissum insuper restituendum contendam, praeter accentum mackaph, quod non de nihilo hic positum videtur, facit

He-

(a) 1 Chron. XIII. 6. vox שׁ excidisse videtur; ut patet ex collatione loci paralleli 2 Sam. VI. 2. ubi pro iterato שׁ prior loco שׁ legi oportet.

(b) Esiae XLIX. 5. pro eo quod in textu legitur;lectio Massore in margine לֹא יָמַך omisso preferenda, utpote orationis seriei congruentior.

Hebraici sermonis consuetudo, quac illo in loco אָמַר non absolute positum esse vult. Sic 2 Chron. XXVI. 18. Sacerdotes Huzziae לְאַלְךָ וּבָנָיו in quem locum, si ejusmodi, qua in nostro, scribarum incuria prior particula excidisset, in margine sub forma Keri a Massorethis reposita, tum genuino sensui alium e diametro oppositum substitueret. Id vero magis Interpretes fellit, & suscepito semel errori robur addidit, quod mox Hazaelus, velut Elisaei mandata Domini perferens; *dixit mihi, inquit,* Ib. §. 13. *fore ut convalescas.* At probabilius longe fit, splendide tunc mentitum sceleratum hominem, & contrarium hujus quod accep- rat responsum, quâ erat audaciâ, reddidiſſe; ut securum rerum suarum, dum laeta omnia sibi portendebat, principem tutius oppri- ret. Procul dubio enim atrox illud, quod mox exsecutus est, facinus jam ante animo designaverat. Propius mihi, inquam, hoc ad verum accedere videtur, quam si dicamus, ancipiti & subdolo respoſo, quodque secummet ipso discordat, sanctissimum prophetam nefarii perduellis in Regem suum perfidiam horrendam veluti adjuvare voluisse. Libenter equidem adſtipulor *Grotio* ad hunc locum observanti, Elisaeum non sola diſsimu- latione, qualem ponit Josephus, fuisse usum Ant. Jud. L. si IX. c. 2.

si Massorae lectionem sequamur. Verum eidem adsciri nequeo, quando addit, plus aliquid apud Hebraeos temporibus hisce contra extraneos ac idololatras habitum pro licto. Quid vulgus Judaeorum tunc senserit, non requiro: sed haud satis reputavit Vir summus, quid eximiorum Prophetam diceret.

Similis mendacem exemplum Paulinis Epistolis petitum, quod ejusmodi scribarum sphalma exhibit, ab eodem proph. II. 5. cul dubio fonte prognatum. Locus exstat Epistolae ad Ephesios Cap. II. versu 5. ibi Apostolus sic ait; *nos dum in peccatis mortui essemus, simul vivificavit Deus cum Christo, οὐντοίντε τῷ Χριστῷ*, dein nulla alia voce interposita legitur; *Χάριτί ἐστε σωτηρέοι gratia servati estis*, ecquis tale ασύνδετο ferat? aut a se impetrare possit, ut cuivis et trivio scriptori, nedum Paulo tam absurdam loquendi rationem tribuat? scio in ejus scriptis notari praerupta nonnulla veluti illa affectasset, quorum nexus ex quibusdam subauditis petendus est. Eo enim quandoque impetu fertur velox, atque ut ita dicam, igneus Apostoli Spiritus, ut orationis filum rumpat subito, & aequabili verborum structurae, ad Grammaticos Canonas exactae, parum studeat. At talia nihil ad lo-

locum hunc, ubi, prout jacet, textum legenti, sententia occurrit per se integra, & sic (*a*) posita, ut in medio orationis cursu seorsim fluctuet, nec in antecedentibus aut subsequentibus quicquam habeat, quocum ullo modo cohaerere possit. Uno enim tenore memorans Apostolus eximia, quibus nos per Christum Pater coelestis affecit, beneficia; & vivificavit, inquit, *cum Christo* (initio versus 5.) & *simul cum ipso suscitavit* &c. (Sic versus sextus inchoatur) inter quas voces ἐζωποίησε & συνήγειρε, medium incedit incisum illud, quod versus quinti clausulam fecit; *gratia salvati estis.* Plane simili menda excidit negans particula Eccl. XXXVII. 5. ubi monente Grotio legendum ἔταπι τολεμίς & λύψεται ἀσπίδα, ut res ipsa docet locum expediti. Ibid. XXXVIII. 25. manifesto eadem particula in textu reponenda. Absit vero ut talem naevum Paulinae scriptioni adsingam, & oscitantem sententiam mediae disputationi inferriisse putem! Nimirum facili lapsu exciderunt amanuensium calamo voculae duae. Conjicio igitur, aut potius dejerem scriptissime Paulum; συνεζωποίησε τῷ Χριστῷ Ἰησοῦ χάριτί ἐπεισωσμένοι. Post Χριστῷ excidit,

(*a*) Quae etiam inferius recurrit §. 8. sic absolute prelecta.

dit Ἰησῆ, quod in fine vs. 6. & 7. comparat, cujusque ultima syllaba jam absorperat (*a*), pronomen δέ, quo sequens dictum cum praecedentibus optime colligatur plana & egregia sententia; *vivificavit nos simul cum Iesu Christo*, cuius *gratia servamini*. Vulgatus & Versiones aliiae conjunctivam particulam expresserunt; adeo res ipsa loquitur. Sed non supplendam, verum textui restituendam patet, simul cum τῷ Ἰησῷ, quod eam exederat, nullâ enim aut appositione, aut ellipsi, ex Graeci Sermonis, aut aliarum etiam linguarum more, pronominis defectus hic excusari potest. Nam absimilia sunt, quae Beza profert ex Jac. V. 6. 1 Pet. IV. 14. & 1 Joh. III. 12. ut expendent liquebit. Nec figurarum grammaticarum titulo, ut faciunt multi, manifestos librariorum errores ornare decet.

His obiter observatis, & ὡς ἐν ταρπόδῳ, & quasi per saturam additis, ut jam ad Lucam redeam, tale quid ejus contextui accidisse ob vocum adsinitatem summam, si suspicer, cum tam proclivis fuerit lapsus, idque res ipsa flagitare videatur, facile me a temeritatis crimine acqui ejusmodi rerum aestimatores absolvant. Et quicquid de conjecta-

(*a*) Legitur in Claromontano Cod. teste Beza.

jectura nostra statuendum duxerint, minoris
salem nos audaciae arguent, quam qui,
aut Lucam memoria lapsum, dicere ausi
sunt; aut integrana pericopam ut alienam
& παρείσαντος, recidendam; aut pro *Cy-
renio, Sextium Saturninum alii, alii ve-
ro Quintilium, reponendum contendunt.*



D I S

DISSERTATIO QUINTA.

*De Christi vaticiniis, circa Hierosolymorum excidium & Mundi ruinam,
Matthaei Cap. XXIV. prolatis.*

A pud Theologos promiscue in confesso est plurima Veteris Instrumenti tabulas complecti Oracula, quae Typica vocant & *τολύσημα*. Ea autem ejusmodi sunt; quae ut duplēm sensum habent, sic & duplēm impletionem sortiuntur. Quando enim res aliqua praemonstratur, quae alterius majoris, sed longe serius obvenerat, imaginem gerit, eamque similitudine ipsa quodam modo portendit, tunc necessario agnoscitur utramque eodem vaticinio comprehendi, neque illud plenum futurum complementum adsequi, donec contigerit posterior ille simulque illustrior eventus, quem in priori tantum adumbratum fuisse constat. Unde non exigua in Prophetis interpretandis nascitur difficultas; in Prophética enim tabula quae multiplices eventus aut personas sub oculis ponit, dispicere arduum

duum est & distinguere quae ad quinque a S. Spir. rem intentam lineamenta potissimum pertineant; adeo inter se permiscantur, & quadam colorum ambiguitate confunduntur. Quod equidem in V. T. Oraculis pa-
sim obtinere nihil mirandum est, cum ve-
tus oeconomia tota emblematica fuerit, ac
Israëlitici populi historia legentibus typos
undique, umbras & figuræ exhibeat futuro-
rum in Christo bonorum, atque Evangelicæ
veritatis. At in novo foedere perinde
non est, ubi umbris non amplius locum re-
linquit ipsarum rerum praesens conspectus,
& reiecta facie gloriam Domini adspicere
conceditur. Unde ingens consequi par est
in utriusque Testamenti vaticiniis discriminem,
scilicet non temere in Novo reperias ejus-
modi oracula, quibus duplex sensus, inten-
tum duplex adfigi possit. Clara sunt quae-
cunque Christus de morte sua & resurrectio-
ne, de Judæorum fatis, de Evangelii sui
per universas orbis oras propagatione, at-
que incrementis Ecclesiae Christianæ vati-
cinatus est. Aut si obscuritate quadam in-
voluta sint, quae in Epistolis Paulus Disci-
pulos præmonuit ultimis temporibus ventura,
aut quae Johannes in Apocalypsi circa
rerum in orbe & Ecclesia conversiones ad
saeculorum finem usque futuras prodidit,
vel quae Christus ipse de coelesti vita &
beati-

158 D I S S E R T A T I O

beatitate sub troporum involucro docuit, ut
crassis sc̄ adtemperaret hominum ingenii. Saltem talia sunt, quae non multiplici vatis
incerto animum distrahit, sed ad unicum
singula scopum collineant, quod semel ad-
secuto, nihil aliud expectandum relin-
quant. Atque haec observatu digna, non
abs re praemissa arbitror, ut liberior nobis
aditus pateat ad interpretationem hujus Ca-
pitis quod ex omnibus Evangelii obscuris-
simum atque intricatissimum merito cen-
seas, si ex Interpretum hic velut in tenebris
micantium inter se dissensu, haesitatione,
& dubiis conjecturis judicium fiat.

In hoc primum tuto pedem figere licet,
atque id pro confesso sumere, quod & ab
omnibus propemodum agnoscitur, & se-
dula totius Capitis lectio extra dubium po-
nit; Christum nempe hic Reip. Judaicae
eversionem vaticinatum, quaedam insuper
ad texuisse ad orbis nostri excidium & ulti-
mi judicii diem pertinentia. De priori cla-
rum est: de posteriori suadent aut evincunt
potius, 1º. Discipulorum quae situm Ser-
moni Christi occasionem praebens, quo res
utraque diserte comprehenditur. 2º. Non-
nulla sermoni ipsi adspersa, quae non nisi
de Mundi fatis intelligi queant. 3º. Mo-
nita quibus totum vaticinium concluditur,
indivulso nexu parabolae virginum sequen-
ti

ti capite haerentia, ubi de ultimo iudicio agi certissimum est, sed quanam ratione res utraque per intricatam, & variis imaginibus intertextam figurati sermonis seriem, ab invicem secernatur, hoc vero opus, hic labor est. Ideo (a) nonnullis hanc viam intrire placuit ut totum vaticinium de Judaeac gentis excidio interpretarentur, quod Dominus Jesus immedie (b) quidem spe-
ctaverit, sed ita tamen ut in ea ~~καταγερη~~
vividam universalis judicii & ultimae mundi ruinae imaginem mentibus objecerit, varia hic illic consulto interserens, ut in typicis oraculis fieri solet, caeteris expressio-
ra, quibus recorditus ille sensus velut ex-
tra contextum eminet. Cui opinioni, et si
aliqua specie commendatur, praecjudicat
quam ante monuimus vaticiniorum N. Te-
stamenti diversa a veteribus ratio, quae nul-
lum typorum interventum poscit, & sine
ambagibus recte intentam fertur.
Proinde censemus in Prophetia nostra duo
scorsim & a se invicem distinctissima ob-

los

(a) V. inter alios, *Abbadie Perisé de la Rel. Chrét.* T. 2.
Sect. II, ch. 8.

(b) Sunt qui unicum illud esse Prophetiae objectum con-
tendant. Sed singularis opinio *Thomae Burneti* silentio praet-
erquenda non est, volentis totum caput Christi ultimum
adventum spectare *De statu Mort. & resurgent.* Cap. VI. cui
suffragatus est *Whiston* sed a *Doctissimo Whitley* confutatur
Addition. annotations p. 23.

los ponit; Judaeorum primo calamitates ultimas, deinde pereuntis Mundi fata. Quod ut luculentius patescat, brevem totius capitatis analysin instituemus, praemissis observationibus nonnullis, quo velut filo, nos ex hujus labyrinthi meatibus extricare licet.

1º. Quae situm Discipulorum versu tertio, duo capita (*a*) complectitur, quae Christi responsione apprimi a se invicem distingui decuit. Hujus autem quaesiti occasio talis fuit. Domino Jesu nempe e Templo egesso, postquam Judaeis solemnem in modum vale dixisset, qui praecedentis capitatis fine memoratur, Discipuli ad elegantem Templi structuram & molem ingentem obstupefiantes, Vident' inquiunt, Magister! quam bene materiata domus! quam alta! quantis lapidibus extructa! Ad haec Christus; *conspicitis haec omnia? amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.* Quo oraculo perculsi Discipuli seducunt Magistrum, diligentius cum circa rem sibi adeo incredibilem percunctaturi, ut rei tempus, modum, signa prognostica edoceantur. *Dic nobis quando haec erunt; & quod signum adventus tui, & consummationis saeculi?* Ad praecedentia refertur

(*a*) Optime Chrysostomus duo haec inter se distinguenda docet ad versum 3. hujus Capitii.

refertur interrogatio. *Quando haec erunt?* Templi nempe destructio illa quam vaticinari. *Quod signum adventus tui?* Verba respiciuntur quibus mox compellaverat Iudacos, Cap. XXIII. 39. *non me videbitis a modo, donec dicatis, benedictus qui venit in nomine Domini.* Tum addunt; *Quod signum consummationis saeculi?* orationes tamen alios (a), id est Mundi finis, ut versiones pleraque recentiores habent; nam alio. S. Scriptoribus pro Mundo usurpatum. Quo sensu Christus ipse coelum petiturus, Apostolis pollicetur se iis adfutrum eos tamen curtelias tamen alios, Matth. XXVIII. 20. *ad ultima usque saecula.* Manifestum est a Discipulis duo quaeri articulatim distincta. Primo scire avert de Templo, quandonam diruendum sit; deinde de hac adspectibili Mundi machina, quo tempore sit dissolvenda. Ambo equidem conjungunt quod ex tralatitia Judaeorum fiebat (b) opinione, existimatium suum Templum, cultum, Rempublicam, non nisi cum ipso

Mundo.

(a) V. Tillotson Oper. T. II. p. 516.

(b) Id ipsis persuaderant loca Gen. XVII. 7. 8. Ex. XII. 14. XXXI. 16. Num. XXV. 13. ad literam sumpta de foedere aeterno circumcisionis, Sabbathi & Sacerdotii, quibus addenda ea omnia quae Messiac regnum sempiternum memorant. Nec tamen inde eos Mundi aeternitatem exsculpsisse putandum est cum Wolsoglio in Evang. Matth. p. 190.

Mundo finem habete posse. Tali praejudicio rinctis proculve erat, quoties Magistrum de adventu suo & regno loquentem audirent, ut hos eventus memorabiles cum Hierosolymarum excidio, tanquam nullā temporum intercapedine disjunctos, connecterent. Nimirum cum tardiore forent ingenio Discipuli, Christi doctrinam minus percepérant, ideoque gratiae regnum quod in Evangelii propagatione situm fuit, cum gloriose triumphatoris Messiae post cunctos adversarios subactos regno confundebant. Anticipatae mentibus cōrum haeserat notio, Rēpublicam Judaeorum ad ultima usque sagula simul cum lege perennaturam; unde Messiae imperium ad terrenorum morem exigentes, post Domini resurrectionem ro-

- A& I. gant, num hoc ipso tempore Israeli regnum sit instauraturus? Ex codem nunc erroris fonte manat quod iis auditis quae Templo Dominus minabatur, continuo universi orbis exitum, & praesentis oeconomiae summationem instare somniant. Inde quoque admodum probabile est profluxisse, quae apud primores Christianos invaluerat opinio, nec nisi longe post Apostolorum aevum temporis lapsu evanuit, finem omniū rerum appropinquare, quam e Thessalonicensium mentibus Paulus evellere conatur, & altius radicatam fuisse patet, quod inde
- ² Thess. nium rerum appropinquare, quam e Thessalonicensium mentibus Paulus evellere conatur, & altius radicatam fuisse patet, quod inde

inde evangelii hostes ansam attingerent promissorum fidem convellendi, & hoc obtinetur Christianorum exspectationi illudenter, quibus cavillis mature occurrit Petrus 2da Epistola Capite III. Errorum insuper fovabant ambigua quaedam scriptis Apostolicis passim inspersa; *diem adventare: exspectare* Petr. *& tandem paulisper, donec qui venturus est, venerit: domini adventum prope esse: 25. Jac.* Heb. X. *judicem esse ad fines: & similia, quae ipsius* V. 8. *sis de excisione gentis Iudeae intellecta, ad universale totius Mundi iudicium trahebantur. Quidquid sit, dupli Discipulorum quae situm, cui toto hujus capituli vaticinio respondet Christus, cardine vertitur; duos eventus spectat a se invicem distinctos; quamquam illos in eandem temporis periodum cadere, & unum ex alio sequi debere censerent; ruinam scilicet Templi Hierosolymitanum, & Mundi finem. Atque id imprimitur tenendum, nostram pericopam enarraturo.*

Observatu dignum est secundo loco, inter utrumque excidium, Reipublicae Iudeicae, atque orbis totius; inter poetas ex reprobis Iudeis sumptas, & improborum hominum ultima dicienda supplicia, eam similitudinis adfinitatem inesse; quae rem utramque delineaturo similes color es similes, ut ita loquar, penicillit ductus poscere

videatur. Quo minus mirandum est, si Christus in utroque persequendo argumento iisdem comparationibus utitur, pares imagines adhibet, paria inculcat monita. Quando igitur solem obtenebratum, lunam deliquum passam, stellas e coelo cadentes atque coelestes virtutes labefactatas inducit, non statim orbis exitium cogitandum est, quamquam vix melius & expreslius illud depingi possit, sed forte Judaici tantum agri devastatio, Hierosolymarum eversio, Templi incendium intelligitur, cum apud Prophetas solemne sit, similibus tropis Imperiorum interitus significare. At vicissim quae Judaeorum ultimis calamitatibus describendis Christus adhibuit, aut earum occasione dixit, non adeo propria huic argumento censenda sunt, quin ad ultimum judicium optime transferri potuerint. Quod verbi gratia versam Hierosolymam, Sodomae de coclostatae, aut veteri Mundo cluvione deleto contulerit Lucae Capite XVII; quod hanc ibidem parociam addiderit: *duo erunt in agro, abripientur unus, altero emisso. Ex duabus in pistino molentibus, abducetur una, relicta altera;* non inde statim efficient, ubicunque eadem occurront Christi verba, de eodem cum casu loqui. Nihil enim vetat, quominus ultimo quoque judicio accommodenetur, cuius antedilu-

diluvianorūm hominū & Sodomæ incolarum interitus inopinus speciem refert, quoniam tremenda illa dies arctissimo nexu inter se junctos sic subito divellet, ut longe diversæ sorti addicat. Pariter quod eodem Lucae loco, ex ingruitura Judaeis calamitate occasionem arripit praecipiendi Discipulis ut officio invigilent, hinc minime sequitur, de ultimo judicio agentem, similia monita non ingeminaturum.

Tertio loco statuendum est, quicquid in vaticinio dominico ipsa rerum serie & certis temporis nota cum Hierosolymarum excidio connectitur, aut velut hujus calamitatis consequens narratur, ad eam pertinere unice, minime vero ad judicium ultimum. Viciissim quicquid ejusmodi notis ab ea disjungitur, ad posterius argumentum, judicij ultimi scilicet, necessario referri debere. Si autem universum caput attenta lectione per vestiges, characteres expressos reperies, quibus accurate diseriminantur duo haec Prophetiae argumenta, & unde facile dignoscas ubinam a priore ad posterius transitus fiat. Nimirum a capitï initio ad versum usque 34., agi de divina in Judaeos vindicta, captis Hierosolymis, & iis omnibus quae hanc excidionem immediate consecuta sunt: a versu autem 34. ad finem usque capitï;

L 3

Christi

Christi judicis adventum ultima dic praenunciari.

His tanquam interpretandi principiis sic constitutis, rem ipsam nunc aggredimur. Christus ergo eruditurus Discipulos, ad prius quaesitum; *Quando haec erunt?* & *quod signum aduentus tui?* sic respondet, ut certas notas indicet ex quibus vindictam a pervicaci Judaeorum natione sumendam in stare, & ipsum ut eam exerceat aduentare ruto dignoscant. Atque a remotioribus signis incipiens, ad propiora pergit. Ac primum monet ne a pseudoprophetis aliisque impostoribus se decipi patientur, qui conferto examine Judaeam infestabunt, sibi quisque Messiae titulum falso vindicantes, & dum turbas crient apud suos & seditiones moliuntur, patriam involvent horrendis malis, & tandem ad exitium pertrahent. *Futurum est*, inquit, *ut audiatis bellis & rumores bellorum -- insurget gens in gentem & regnum in regnum, & erunt fames & pestilentiae & terrae motus singulis locis.* Tum Discipulis annunciat recrudescentem Synagogae eos infestantis furorem, quo tamen nihil obstante, evangelii doctrinam late quaqua versum propagabitur. v. 14. atque addit tun finem venturam. *Totu[m] i[n]t[er]n[u]s t[er]r[ae] t[er]r[ae] t[er]r[ae] t[er]r[ae].* Quae de fine Mundi intelligi nil vertat,

tat, quasi per parenthesin inserta, licet ahiā nūc rem agat, plenius deinde ad postremum hocce quaesiti Apostolorum caput responsum. Sed eos obiter monet nōn expectandā rerum omnium consummationem, dñec evangeliū omnes orbis oras fulgore suo collustraverit. Quod non sic debet intelligi, quasi signum prōponat ad ventantis iudicij; cuius tempus ex sapienti consilio Deus homines celare voluit. Eā tantum Christi mens est, evangeliū prius apud universos populos praedicandum, quam ipse e coelo iudex descendat. Brevine an longo intervallo hanc prædicationem ultimus ejus adventus subsequi debeat, minime definit. Ut autem sibi fuga mature consulta atque impendenti totius nationis ruinae subtrahantur, pro signo dat proxime illam antecessuro, abominationem illam desolationis quæ dicta est a Daniele Propheta, positam in loco sancto. Tum prædatrices aquilas, mox Palaestinam involaturas & (a) ubi cunque fuerit cadaver dēnsō illud agmine obseſſuras. Ejusmodi autem has angustias fore adſirmat, quib[us] a Mundi primordiis nihil simile exſtitit, neque exiſcit unquam. Quod, ut

(a) Per τεῦμα intelligit cadaver Reip. Judaicæ velut anima & vita cassat, quæ vox paroemiæ congruentior quam τεῦμα, ut apud Lucam legitur.

ut obiter id moncamus, locutionis genus de ultima Mundi strage usurpari non potuit, cum alias supponat venientium sacerdotum decursu futuras calamitates. Addit Christus, miseros illos dies decursum iri propter electos; quo temporaneum malum & transitum signatur. Nec leviter praetereundum, ex quo miram loquentis sapientiam agnoscas, sedulo cavisse Christum ne a Prophetiae scopo aberrarent discipuli. Ut enim indubitate perspicerent ipsum esse qui Romanorum exercituum ministeriis tanquam cruentas in Judaea strages sit editurus, ipsiusque in eo manum & providentiam agnoscerent; quaenam exitum illum horrendum subsecutura sint componstrat. Ingentia nempe evangelii per totum orbem incrementa, & inlustris Ecclesiae Christi ab Ethnica superstitione reportandus triumphus. Verba modo audi. *Statim autem post tribulacionem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum & stellae cadent de celo, & virtutes coelorum commovebuntur. Et tunc parebit signum (a) Filii hominis in celo, & tunc plangent omnes tribus terrae, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus coeli cum vir-*

(a) Respondet hoc versui 3. supra τι τὸ σημεῖον τῆς σταυρίας.

virtute multa & majestate. Et mittet Angelos suos cum tuba & voce magna; & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis coelorum usque ad terminos eorum. Quisquis imaginum splendore aut tropici sermonis colore oculos praestrictus, hic Mundi finem atque ultimum judicium sibi fingit, parum meminisse oportet quo orationis genere delectentur Prophetae. Solent enim, ii. civilem & politicum Mundum, ut ita loquar, naturalis specie adumbrare. Unde quotiescumque civitatis alicujus aut Imperii status corruit, evertuntur leges, interit Magistratum aut Regum potestas, vincula Religionum dissolvuntur, omnia denique susque deque versa pessum eunt, tum ajunt solis jubar abscondi, coolum concuti, in terram procidere astra, elementa omnia commisceri; sic direptam a Medis Babylonem describit Esaias Revelationum Capite XIII. *Dies Jehovae veniet crudelis, indignatio & ardor irae, ut terra in vastitatem convertatur, Deusque peccatores ex ea exterminabit.* Stellae enim coeli & astrorum non fulgebunt luce sua, obscurabitur Sol in ortu suo, nec Luna emitteat suum splendorem, Propterea coelum tremefaciam, & terra loco suo dimovebitur, propter indignationem Jehovae Dei exercituum, & diem excandes-

centine ejus irae. Confer ib. XXXIV. 3;
 4. Ezech. XXXII. 7, 8. Joel III. 15. H. 10.
 Porro quod in vaticinio nostro Filius hominis
 in nubibus coeli veniens representatur
 cum maiestate & gloria, id stilo Prophetico
 nihil aliud denotat quam insignes, a spicè
 Christo, per omnipotentem ejus virtutem
 ecclesiac partas victoris de hostibus Iudeacis
 aut Ethnici. Quo sensu quoque Dominus
 Jesus ad Synedrium loquens; *Exinde con-*
spicitis filium hominis (a) confidentem ad
dexteram potentiae Dei, & venientem in
nubibus coeli. Similes locutiones usurpan-
 tur de Messia, Danielis Cap. VII. 13. De-
 sique qui de ultimo iudicio interpretantur,
 non senserunt per Angelos illos cum tuba
 & voce magna (b) congregantes electos
 Christi a quatuor mundi plagis, optime in-
 telligi evangeli ministros, qui canoro praet-
 onio, cuius sonus ad ultimas horas pen-
 travit, homines ex quatuor Mundi plagis
 ad gratiosum Dei foedus acciverunt & in
 unam ecclesiam nationes omnes coegerunt.

Nobis

(a) More Prophetarum regnum hinc vocatur solemissis illa & conspicua in contumaces populos vindicta. Sic dum poenas de Syris se sumpturum universae gentis eversaque vaticinatur Deus, dicit se thronum suum positurum in Helio. Jere. XLIX. 38: ubi quae de ventis a quatuor Mundi di plagis excitandis subnebit, nostro etiam vaticinio lucem foeneratur Esaj. XIX. 1. Zachar. IX. 14. Apoc. 1. 7.

(b) V. Psal. Lvi. 3. 5.

Nobis non id nunc negotii sumimus, ut
hac oraculi parte accuratius expensa dijudi-
cemus, num de Republicae Judaeac inter-
riu ager quae cum Hierosolymis una corruit.
hanc deo enim re induulta sub distinctis
imaginibus proponi nil vetat: an vero de
Imperii ad Christianos sub Constantino ma-
gno translatione, atque debellata ejus ope
idolatria, ut doctissimi interpretes, & qui-
dem validissimis rationibus allatis (a), con-
cordant. Utroque certe eventu mire ec-
clesiam suam auxit, & regni coelestis fines
late protulit Christus, ut hic vaticinatus
sacerat. Fatendum est fakrem, quoquo mo-
do exponuntur, ea nullatenus ad ultima
Mundi tempora spectare posse; quoniam o-
ventura praedicatur statim post tribulatio-
nem dorum illorum, de quibus mox verba
focerat, scilicet post misera fata Reip. Judai-
cae fata. Quod de iudicii universalis die ab-
surdum est dici, quae post septendecim in-
de clapsa facula monendum appetere sentitur.
Denique omnium ambiguitatem tollunt
disertissima verba versus 34. *Amen dico vo-
bis, nequaquam praesterieris velas huc,* *qui*

(a) Emerit inter cacteros perspicacissimus Propheticorum scriptorum causarios Jacobus Abbadie: lego que ad locum nostrum commentarius. Quatuorvices dei Iosephi Strauss Tom. I. pag. 489. & sequentibus.

que dum (a) omnia ista facta sint. Vero hoc aevum, ait Christus, antequam prae-
sens aetas interierit, omnia ista quae vobis
sciscirantibus aperui de diuendo Templo,
Iudaea devastanda & in solitudinem redi-
genda &c., peragi debent. Visne aliquid
tuncius & expressius? Certe verba autem,
in ore Christi nihil aliud significat nisi ho-
mines suos tempore viventes, quod sexcen-
tis exemplis, nisi supervacanum esset, pro-
bari posset. Sic dixerat Matthaei Cap. XVI.
vs. 18. *Amen dico vobis, sunt quidam de
bie sanctis qui non gustabunt mortem
donec videantur Filium hominis venientem
in regno suo.* Hic paritor asseverat vindictae
tempus in Iudaea exarsuræ tam propè esse,
ut a pluribus tunc quando loquebatur vita
fruentium, inter quos fuit Johannes Apo-
stolus, cernendum sit. Non diu exspectan-
dum, inquit, donec experimento veritatem
oraculorum comprobetis, meque sciatis hon-
secus in minis, quam in promissis exse-
quendis fallere & falli nesciun(a). (b). Coelum
& terra transibunt, verba autem mea
nunquam praeteribunt. Et quod responsum an-
qui-

(a) Natura nostra ea scilicet quae ad excidium Judaicæ
gentis pertinent, de qua Discipuli rogaverunt, quod ne-
quam complectitur ea omnia quae tanquam eius clavis
confectaria inde a versu 29 commemoravit.

(b) Adludit ad verba Esaiæ Ll. 64: 13. Quia etiam in aliis

quarentibus Discipulis aut clarius exoptari; aut appositius reddi potuit? Rogant quo si gno adventantem agnoscant quam porten derat ruinam? hujus orationis omnia profertur. Cum videritis haec omnia, scitote quia prope est in ianuis. Amplius quaeruntur, utrum tanta sit quando haec erunt respondet; generatio haec non praeteribit usquedum facta sint.

Excussa jam priore quaesiti parte, Dominus ad posteriorem transit, quae a priori illa tantum discrepat, quantum orbis universus a Templo Hierosolymitano distinguitur; et si inveterato praejudicio in eandem temporis epocham cadere autularent Discipuli, & Templi finem & Mundi; adeoque una responsione dubium illis utrumque solvi videatur. Huic errori ocurrunt, circa posterius argumentum plane nova ratione differens; nam hic curiositatem Discipulorum reprimit, cui in priore argumento indulserat. Illic tempus notat, & quidem proximum: ne quaquam praeterierit aetas haec &c. hic vero de tempore silet. Primo arenum id esse ait, soli Deo reservatum. De die autem illa & hora nemo scit; ne Angeli quidem coelorum, sed Pater solus. Quam diem intelligit: illam procul dubio cuius praecedenti versu mentionem inficerat; illam inter omnes memorabilem, quia coelam &

terra

terra transibunt, quaeque ultima nos pro omnibus illucesceret. Hoc nemp̄ eam characteret. Apostolus Petrus ab omnibus aliis secesserit. Descriptionem audi. *Venies dies ille Domini, sicut fur venit noctu, quo die coelum stridore praeteribunt, elementa vero aestuantia solventur, terraque & aqua in ea sunt opere exurentur.* Sic vates Psalmi CII. o Deus tu fundasti terram & coeli opera manuum tuarum sunt. Peribunt illi, sed tu permanens es. Rogant Discipuli quo ex signo cognituri sint Mundi finem appetere? hoc quae situm, ut vides, nullo intersitio praecedentibus copulant, quasi per unum utrisque responsum satisfieri possit. Quid vero Christus? *De die autem ista meo scis.* Ab his igitur verbis incipere partes novum argumentum. Nec ad aliud transitus melius & expressius signari potuit, quam dum de priori adfirmat Christus, de posteriore negat. Quando enim ab una parte ait, aetatem hanc minime praeteritur usque quam ante dicta eveniantur; & ab altera parte diem de qua nunc loquitur ab omnibus ignorari vult, soli Deo notam, diversos utique eventus, dies diversas, epochas longissima inter se dissitas memorat. Illius ratiū & fixum tempus est, hujus incertum. Nam quomodo sit praesagienda docet antecursoribus signis; hujus nulla signa,

gnà, nulla praebet indicia, quippe quae in
aeterno Dei consilio demersa & abscondita
latet.

Forsan objicies, de Hierosolymarum ex-
ordio optime dici potuisse, hujus tempus
neminem nosse. Licet enim hominum
tunc viventium aetate conclusum fuerit, ta-
men mortaliū nulli talis eventus dies pra-
eclite sumpta, aut hora, aut momentum in-
notuit. Vetus frustra id urges. Ut enim
jam omittam, taliū temporis sic minuti-
sumpti ignorantiam nihil huic casui peculia-
re habuisse, quo a quibusvis aliis per Pro-
phetas longo, antequam evenirent, saeculo-
rum intervallo praeannuntiatis, discriminetur;
nec tanti hoc esse ut tam ad severanter & quo-
dam cum orationis pondere dicatur; ut non
addam celebri Danielis hebdomadum oracu-
lo, cuiusque istius epocham sat accurate fuisse
definitam; practerito tandem, vix credibi-
le fieri Christo, secundum humanam natu-
ram (a) spectato ignoratam diem quae tam
prope distabat ut eam velut digito monstrau-
ret. Discipulis, & revera post quadraginta
cinciter annos contigit; his inquam omni-
bus

(a) Sic enim Marci verba, sed & ipse manifesto sumenda; quae non ab Arianiis intrusa, ut supradicatur Ambro-
sii, sed ab iis perpetram dextra in fide haereses patre-
cipiuga.

bus missis respondeo, quae sum Discipulorum huc minime spectare. ut de die ipsa restrictive certiores fiant; sed quemadmodum eorum illud, *totè tanta erat*, latitudinem quandam admissit, neque aliud ita loquentes rescire volunt, nisi quod in ejusmodi rebus quaeri solet, num suę ipsorum sacculo ea eventura sint; sic Christus regerens diem, quam intendit, nosse nulli datum, manifesto intelligit, nullo sic definiro temporis limite eventum circumscribi. Dic enim quæso, si cuiquam de promissorum diuinorum impletione sollicito, percunctanti verbi gratia, de antichristi mina, Judacorum ad foedus diuinum redditu &c., quandonam effectam fortitura sint, hac omnia? respondetur actatem praesentem non praeteritaram antequam eveniant, an talia reponens ejus desiderio non satisficit? Quod si vero statim adjiciatur, *de die illa, ex hora nemo scit, ne angeli quidem;* nonne tunc parum consentanea, atque inter se pugnatio dici videbuntur?

Optime itaque Dominus Jesus sermonem suum & verbis & mētē interrogantium accommodat, dum capita duo, quae perpetram inter se miscuerant, secesserūt, ac seorsim tractat. Non perinde, inquit, judicandum est de meo ad ulciscendam Judacorum perfidiam adventu, ac de altero illo, quo

c

è coelis ultimum descendam, judicium de universo hominum genere instituturus. Prior eventus tam in propinquuo est, ut nostrae aetatis homines testes habiturus sit. Cujus etiam, (tantum abest ut vos celare voluerim) signia praenuncia exhibui. At de judicio ultimo nihil simile prodere licet, propinquum ne sit, an longe dissitum, id hominibus scire nefas, imo & ipsis Angelis, cum soli omniscientiae pateat.

De die ultimo jam per reliquum caput unice agitur. Sed, quod memoratu dignum invenias & nostram hypothesim validissime confirmat, cum toto capite passim quedam reperias, quae ex aequo utriusque rei quae sitae aptari queant; quædam ex adverso, quorum alia priori, alia posteriori argumento unice congruant; certum est tamen, ex iis quae ante vs. 34 dicuntur, nihil esse quod non optime conveniat Judaeorum fatis; ex iis vero quae eundem versum sequuntur, nihil non egregie in Diem judicii ultimi quadrare. Quare indubitanter ausim, versu 35, tanquam transverso limite, totius Capitis vaticinium bifariam secare; cuius anterior pars Hierosolymam respicit, posterior judicium ultimum. Alterum nostrae assertioonis caput jam in liquido, ni fallor, posuimus, alterum brevis reliquæ Propheetiae analysis patefaciet.

M

V.L

Vf. 37. Adventum Filii hominis comparat diebus Noe. Ut enim incogitantes peccatores, & in vitiis securos, Diluvii strages subita oppressit, sic in fine Mundi Judicij adventus inopinos percellet. Petrus, Magistri exemplo, eadem similitudine usus vindictas flammantis orbis ignes opponit diluvianis aquis, furi etiam Christum (*a*) adfamilans, qui noctu perfodit domum, & Patrem familias somno sepultum irrumpens opprimit, quae eadem hic habemus vf. 42-44.

Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & alter relinquetur. Duae erunt molentes &c. quid haec paroemia velit, nam dictum videtur fuisse tralatitium apud Judeos, & aliquid hbaere *τραπομιώδες*, ad tentandi perspicuum est. Subitaneam indicat rerum conversionem, aut calamitatem tam cito ingruentem, ut hominibus nihil consilii, nihil effugii relinquat. Sed optime speciatim quadrat ultimo judicio, quod bonos improbis mixtos, atque in eadem vitae communitate versantes, ab iis divellet; sicut qui arcto Societatis vinculo jungebantur, diversissimam sortem experturi sint, ut sequentis Capitis versu 32 docetur, ut &

in

(*a*) Sic & Paulus 1 Thess. V. 2. quem de ultima die loqui, praecedentis Capitis finis evincit.

In Parabola agri Cap. XIII. 30. εἰς ταραλαμένεται id est unus judicium horrendum effugiet, & salvus evadet. (Eodem sensu sumo quo ἐπιλαμβάνεται Epist. ad Hebraeos II. 16.) dum subita ruina alius opprimetur. Sic Sodomae subversioni creptus Lothus, sic eluvioni Noa. Saepe tamen bonos Deus patitur improbotum calamitatibus involvi. Verum postrema die absolutissima fiet utrorumque discretio. V. inf. XXV.

46. caeterum haec verba circa Hierosolymae cladem iterata * multos Interpretes fellerunt, dum non satis attendunt, quae de Bonis universim ab ultimo judicio servandis, de Judaeorum reliquiis qui gentis suae cladi superfuerunt eadem dici potuisse. His subnectit monita de vigilantia, quae eo intensior esse debet, quod nesciamus, qua hora Dominus venturus sit. Quemadmodum servos decet, quorum cuique pensum & mandata propria dedit abiturus Dominus, officio invigilare, ut actorum co absente rationem redeungi reddere possint: a quo fideliter navatae operae praemium accipient, dum contra ignavos & ganeones, aut rixosos meritis suppliciis mulctabit. Similia equidem praecepta Christus, occasione specialis in Judaeos judicii iterat apud Lucam, sed nostro Capite ad universale judicium referri evincit parabola virginum, sequenti

* Luc

XVII.

34.

M 2

Ca-

Capite propoſita , continuataque Sermonis ſerie huic noſtro adtexta . *Tunc ſimile erit regnum coelorum decem Virginibus &c.* (a) Τότε ὁμοιωθήσεται ἡ βασιλεία &c. quam excipit alia de talentis parabola , quibus omnibus colophonem imponit ſplendida illa Judicii ultimi hypotyposis , quae a verſu 32. ad finem illius capitis protenditur.

Verum autem nos hujus Capitis XXIV. Matthaei intellectum tradere , haud parum conſeruat loci paralleli apud Lucam diligens inspectio. Is enim , cum totum vaticinum de Judaeis Capite XXI. Evangelii ſui comprehendat , tum Discipulorum quaefi-
tum de consummatione ſaeculi omittit , tum verba Servatoris non habet huic quaſito respondentia ; *de die autem illa & hora nemo ſcit , ne Angeli quidem coelorum , ſed Pater ſolus.* Cum Matthaei abbreviator Marcus eadem exhibeat. Fruſtra quoque quaefiveris apud Lucam , ſubiectum his verbis sermonem , qui apud Matthacum ad finem uisque Capitis XXV. porrigitur. Certo indicio Lucam meminiffe tantum vaticinii quod ad Judaeos (b) ſpectabat , reliqua vero de fine Mundi praetermisſe. Mar-
cus

(a) Illud τὸν referri manifestum eft ad y. 36. praecedentis Cap. ἀπὸ δὲ τῆς ἵματος ἴζεῖν , &c.

(b) Idem jam retulerat Capite XVII. y. 22. &c. ſed alia occaſione prolatum , ut recte monet Euthymius.

cus porro, qui ea in compendium rededit, dum praecepta refert de vigilando, Domini num sic loquentem inducit; *quae autem vobis dico, omnibus dico, vigilate.* Dum non praesentibus solum Discipulis, sed universis omni aeo Christianis sic praecepit, argumento est, non de Hierosolymae excidio loqui, quod horum temporum hominibus exspectandum erat, sed de communi Christianorum per omnia saecula exspectatione.

Caeterum quod Spiritus Sanctus qui Evangelistas rexit adflatu suo, a Luca partem vaticinii tam illustrem omitti siverit, praesertim effatum illud de ignoranda ultimi judicii die; quod in Marco (a) itidem quaestio Discipulorum duplex in unum confundatur, unde nonnihil huic vaticinio caliginis affusum est, id singulare duco providentia factum, nolentis Dei, ut error primorum Christianorum circa adventantem diem Domini dispelleretur, prius quam experientia & rebus ipsis edocti cernerent, Reipublicae Judaicae nihil esse commune cum ipsius Mundi fatis.

(a) Apud Marcum verba Apostolorum, quando futurum est ut haec omnia consummetur spectari possunt simpliciter tanquam ἰσθναμέντα prioribus πότε τάντα ήσαν; possunt etiam idem valere quod apud Matthaeum, τι τὸ σημεῖον τῆς γῆτελσίας τοῦ ἡμέρας;

DISSERTATIO

SEXTA.

*De die Christi Abrahamo visa
Evang. Joh. VIII. 56.*

AD ejusmodi Sermonem, qui hoc loco habetur, mirum non est obstupuisse Judaeos, cum aliquid ῥαπάδοξον contineat & ἀνιγματῶδες, in quo solvendo atque explanando hand parum laborarunt Viri domini. Occasionem praebuerat Christi colloquium cum Phariseis, ubi muneric sibi a Patre demandati, simulque doctrinae coelitus ad homines delatae praerogativam assertit. Cujus addit encomium ingens versus 51. *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.* Hoc demum audito excedescunt Judaei, nec se amplius prae indignatione tenere possunt quin in haec convitia erumpant: *Nunc cognovimus, quia daemonium habes: Abraham mortuus est & Prophetae, & tu dicis, si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum. Nunquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est,* &

& Prophetae mortui sunt: quem te ipsum facis? quam objectionem ut diluat Dominus Jesus, statim regerit vs. 56. *Abraham pater uester exultavit, ut videret diem meum;* & vedit & gavisus est. Quaeritur jam quaenam illa Christi dies sit, quam Abrahamus & conspicere gestivit, & ex qua visa tantum percepit gaudium. Frequentis in id festrur eruditorum agmen, ut de ipso Christi in mundum adventu intelligent, aut incarnationis oeconomia, quando nostram naturam induit, ut hominum salutem operaretur; ac proinde de eadem illa die, quae Judaeis cum Christo colloquentibus illucescebat. Porro quod Abrahamus eam vidisse adsfirmatur, factum volunt ope fidei, qua supra caeteros eximia pollut creditum Pater. Ea enim est, deficiente Paulo, τῶν ἐλπιζομένων ὑπόστασις, atque ἐλεγχός μὴ βλεπομένων, remotissima quaeque mentis oculis admovens, nativis depicta coloribus. Aut si id mavelis, vedit Abrahamus sospitatem Christum lumine Prophetico, & supernaturali patefactione in visione revelatum, aut sub emblemate quodam, sive typo insigni phantasiae oblatum, Quo referunt verba Bileami in vaticinio de stella Jacobo exoritura Num. XXIV. 17, qua Messias adumbrari creditur; & quod de V. T. patribus ait Apostolus ad Hebreos,

eos nimirum promissa, quorum eventum non consecuti sunt, e longinquo tamen vidisse, credidisse & salutasse. Si vero a nostris Interpretibus scisciteris, quandonam Abrahamo tale visum propheticum de Christo obversaverit? tum in diversa abeunt (a). Alii configuentes ad revelationem quae Genes. XVII. 19. memoratur, dum (b) alii potius ad historiam, quae ejusdem libri Capite XXII. continetur, adludi putant. Ego vero neutrum horum spectari firmiter persuasum habeo. Sed prius quam opinionem, quae vero magis consentanea videtur, in medium proferam, aequum judico ipsa nostri textus verba paulo accuratius expendere.

Abraham parens vester exsultavit ut vide-ret, aut quo melius vis verborum redditur, vehementi desiderio flagravit videndi, ἡγαλλιάσατο ἵνα ἴδῃ diem meum. Observandum scriptoribus S. diem alicujus saepe simpliciter notare tempus, quo quis floruerit. Sic Lucæ XVII. *Dies Noachi* aevum signifi-cant,

(a) Eorum expositio, quam Calvinus refert, Abrahamum morte jam defunctum sensisse Christi praesentium, quum mundo apparuerit, magni illius Interpretis judicio nimis est arguta, quam ut Christi verbis conveniat, nec refel-li metetur.

(b) Sunt qui in cibano fumante & lampade ignis transiente, quae Gen. XV. 17. memoratur, diem illam ve-lint Abrahamo visam; apud Maldonat. adeo nihil tam absur-dum est, quod non ab aliquo Interpretum dictum sit.

cant, quo is Patriarcha vixit. Quod notius est, quam ut exemplis confirmari necesse sit.

2º. Alicujus *dies*, singulari numero, indicat actum (*a*) aliquem aut eventum singularem ad ipsum pertinentem, quo fit conspicuus, & hominum oculos ad se trahit. Sic Psalmo XXXVII. de improbo loquens Psaltes: *Dominus ridebit eum, quoniam diem ejus adesse conspicit. Diem ejus adesse*, id est exitium & ruinam, aut illud tempus, quo meritas sceleri poenas dabit, ut ex sequentibus patet. Pervulgatum in Prophetis *dies Domini*, ut designetur illa temporis periodus, quae insigni quadam aut divinae vindictae, aut misericordiae manifestatione illustratur. *Dies Domini ecce venit, jam adest: dies caliginis & nebrarum. Vae vobis, qui cupitis diem Domini, quid proderit vobis dies Domini? cum merae tenebrae sint, non lux.* Sic loquuntur Joël & Amosus. Pariter Mala- chias civibus suis terrorem incutit ex appropinquante illa die, quae ardet fornacis instar, quam *magnam illam & tremendum Domini diem nuncupat*. Et haec de divina in reprobos vindicta. Ex adverso, quoties Deus Populum sibi dilectum ingenti quadam maestat beneficio, aut ab hostibus libet.

(a) Werenfels p. 316.

186 D I S S E R T A T I O

Luc.
XVII.
26.

liberat, dies haec triumphalis Psaltae dicitur *Dies quam Dominus fecit*. Sed ut proprius ad subjectum argumentum accedam, Lucae loco mox citato, adventus Christi ad judicium de orbe instituendum, *dierum filii hominis* nomine venit. Paulo ante dixerat D. Jesus Discipulis, *venient dies, quando desideretis videre unum ex diebus filii hominis, & non videbitis.* μίαν τῶν ἡμερῶν τῇ οὐτῇ τῇ ἀνθρώπῳ. Quo ipsis significat, postquam terris excesserit, dum sese omnis generis tentaminibus vexari sentient, tunc aliam Magistri, qua nunc fruuntur, praesentiam sollicitis votis expetituros, sed frustra, tale enim ipsis malorum solatium non amplius indulatum iri.

Ex hoc ultimo loco colligere est, idque observatu dignissimum, plures dies filii hominis, distinctas scilicet temporum periodos, quibus se Christus manifestum facit, numerari. Enim vero licet ejus adventus in carne, quando de Virgine natus in terris hominum more versatus est, insignem inter ejusmodi dies locum obtinet, & clarissimo mundum splendore collustravit Θεὸς εἰ σαρκὶ φανερῷ θεῖς, praeter eam aliae tamen dies Domini memorantur. Qualis adventus Christi fuit in Hierosolymorum excidio, qualis etiam ab Ecclesia reportatus, Christo auspice, duce vero Constantino, de idolorum

rum cultoribus triumphus, qualis erit quoniam ultima Antichristi ruina, quam vaticinati sunt Apostoli; qualis tandem Christi e coelis descensus ad judicium de universo orbo peragendum. Nec vetat quicquam, ut plures ex his Filii hominis diebus ejus mortalem in terris vitam subsecutae sunt, ita nonnullas nativitatem praecessisse.

Notandum praeterea, textui, quem prae manibus habemus emphasis in articulo frustra quaeri, quae revera nulla est. Male igitur vertunt τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν, per *diem istum meum*, ut fecit Beza; & nostra vernacula; *cette mienne journée*, quasi ad tempus illud, quo Christus Judaeos alloquebatur, sensus necessario sit restringendus. Ex praejudicata nimirum opinione, ad Christi incarnationem respici, sic vertere instituerunt. Quae praya versio vicissim, ut saepe fieri videmus, errori robur addidit. Graca inspice, non habent, τὴν ἡμέραν ταύτην τὴν ἐμὴν; sed sine adverbio indefinite; τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν. Et sic optime Vulgatus *exsultavit ut videret diem meam*.

Visum Abrahāmi ejus solae fidei, quantum supra caeterorum credentium mensuram vivida & distincta & revelationis puriori lumine instructa fuerit, nullo pacto adscribi potest, cum diserte hoc loco Christus, videnti cupiditatem summam, ab ipso videnti

di actu discriminet, & haec duo opponat inter se; adeo ut desiderium, ipsa cupiti boni adeptio, ex aliquo temporis intervallo consecuta sit. Quid enim? Fide praecepisse Patriarcham, ait, salutarem illam Domini diem, & spe firmissima quasi praesentem conspexisse? sed dic sodes, unde desiderium illud videndi flagrantissimum, nisi ex ipsius firma illa fide? Ut enim ignoti nulla est cupido, sic rei cernendae de qua dubitat an unquam existitura sit, inmerito cuiquam tribuas sollicitum atque anxium desiderium. Fide desideravit Abrahamus Messiam intueri: quando igitur Christus addidit desiderium illud fuisse impletum, non idealem, ut ita loquar, visionem a fide ortam, sed veram rei creditac & exoptatae exhibitionem narrat, quae fidei præmium fuerit. Simili plane modo apud Lucam Cap. X. vs. 23, 24. beatos suos Discipulos prædicat, qui oculis auribusque propriis usurpent ea, quae olim Prophetæ Regesque complurimi incassum exoptarunt & audire & cernere. Eo certe loco fidei opponitur intuitus, reique alicujus simplici ideæ, umbrae aut imagini res ipsa verè sensibus repræsentata. Cum ergo contra d' Abrahamo diserte predicit Dominus Jesus, quod de magnis illis veteris Oeconomiae Viris apud Lucam negavit, scilicet votorum com-

potem

potem factum, ultro sequitur ex oppositio-
nis lege, pari cum Discipulis conditione
fuisse, saltem eatenus, quod, quae fide praes-
sumperat, sensibus deinde usurparit. Ne
autem regeras, in eo mercedem Abrahame-
ae fidei positam, quod Redemptionis per
Christum Mediatorem quondam obteinen-
dae vividam quandam imaginem aut typum
expressissimum conspiciens, majorem, quam
antea habuerat, hujus mysterii notitiam na-
ctus sit; haec sibi ut daretur, enixissimis pre-
cibus ambiisse, qua semel accepta gavisus
est: ne, inquam, illud objiciendum putes,
vide quaeſo, num Prophetæ illi & Reges,
num Moses, David, Jesaias, variis *Propheticis*
& Propheticac revelationis luminibus
adflat, per typos etiam & emblemata eun-
dem Messiam cum tota sua oeconomia ani-
mo depictum non habuerint? Desiderasfe-
rii tamen dicuntur, nec potuisse optatis
frui. Cum nunc igitur de Abrahamo, qui
pariter desideravit, contrarium praedicari
videmus, hinc necessario consequitur, hu-
jus præ illis eam prærogativam fuisse, hanc
eximiam felicitatem, quod non umbram
expetitae rei, sed rem ipsam adeptus sit.

Sed quod præcipue animadvertendum
est, atque omnem, mea quidem sententia,
controversiam dirimit, is diei Messiac aut
Messiac simpliciter, nam codem res reddit,

con-

conspectus memoratur, tinde eum constat
jam Abrahāmi aevo extitisse: imo parente
illo totius gentis antiquiorem fuisse. Haud
aliter intellectum Judaeis. Ilī videlicet, ad-
teverante Christo, diem suam Abrahamo vi-
sam fuisse, ad rei inauditae & incredibilis
insolentiam perculsi exclamant; *quinqua-*
ginta annos (a) nondum habes & Abra-
hamum vidiſti? de mente verborum ne-
quaquam ambigunt, adeo apertum est, quid
velit. Ipsum Abrahamo viſum, aut ipſi
conspectum fuisse Abrahāmum, pro uno
habent eodemque. Intelligunt nempe, non
idealem praeſentiam, qualis est rerum diſſi-
tarum aut futuratum, quas spe, cogitatione
anticipamus, aut sub imagine quadam cer-
nimus; sed ejusmodi, qua quis praeſens
praeſentem affatur, & conspectus ab ipſo,
cum vicissim conficit. Quid Christus con-
tra? non laeve suam mentem Judaeos ac-
cepisse monet, non erorem corrigit, non
dicti insolentiam commoda interpretatione
mitigat, sed potius confirmat atque auget.
Ne miramini, inquit, si dixerim, me Abra-
hamo

(a) Mirari subit eos de Metempſychioſi non cogitare, quam opinionem ex Platonis Schola ad eos derivatam oſtendit quæſitum Discipulorum de caeco nato. Joan. IX. 2. num ei ſcilicet ob propriam culpam ab ipſa nativitate oculis orbari contigiflet? ſic enim facile erat intellectu, Chriſtum, & antequam ex Maria naſceretur, extitiffe, & Abrahamo confici potuisse. Forte paucorum inter Judaeos eaſtentia fuit, nec promiscue recepta.

hamo visum; prius quam enim Abrahamus existeret, ego sum, Quippe rei incredibilitatem tollit, quae Christo competit, antiquior Abrahomo existentia. Ea enim vera cum sit, non idealis tantum, in conceptu Dei aut hominum, veram quoque & personalē, ut ita loquar, Messiae sic existentis manifestationem Abrahomo concessam ostendit, neque typis & umbris ullum hic locum relinquit. Certe dictum vs. 56. inde Judaeorum objecta difficultas, tum Christi ad eam difficultatem responsio, tam arcto inter se nexu cohaeret, sibique tam apte invicem respondent, ut genuinus prioris dicti sensus a responso vs. 58. necessario pendeat. Quod cum veram ac litterali sensu sumptam existentiam involvat (putidos enim Socini assclarum cavillos non moramur, quos idem ille verborum nexus potentissime refellit), veram itidem praesentiam, verum adstantis Abrahomo Messiae intuitum versu nostro 50. includi fatendum est.

Quaeres jam, ubinam tale gaudium Abrahamo contigisse memoratur? quod si responderem, Christi auctoritatem sufficere, ut ei rem adfirmanti simpliciter credamus, licet nullum ejus in scripturis vestigium compareat, nihil a me diceretur, quod quis merito carpere posset; cum testimonium Filii Dei sit omni exceptione majus, & multum

tum absit, quin singula quaque circa Pa-
triarcharum vitam memoratu digna Moses
scriptis suis complexus sit. Sed omnia sua-
dcent (*a*) adludi ad historiam quam legimus
Capite XVIII. Geneseos. Ibi prodit sacer-
scriptor, visum Abrahamo coelitus contigisse,
quod prae reliquis viis insigniter eminet.
Quod etiam sigillatim majori accuratione
delineatur, & ad Mediatoris Γεάθρων cha-
racterem atque oeconomiam propius acce-
dit. Dum Abraham in Campis Mamre
tenderet, tres ipsi humana specie (*b*) oc-
currunt Angeli, & peregrinantur habitu.
Hos comiter compellatos hospitio excipit,
& ad prandium invitat. Ex quibus unus
cum Patriarcha Sermones miscens, filium
ipsi jam antea promissum, vertente anno
nasciturum spondet, tum aperit instantem
Sodomae subversionem, & saepius deprecan-
ti veniam impiae civitatis, sub conditione
quadam, pollicetur. Hic Jehovahe nomine
saepius in eodem Capite indigitatur. Huic
summo Numini debitum cultum exhibet
vir religiosissimus, cumque proprius accedens,
^{Gen.} XVIII. *Dominum suum* (sic longe post David
23. Messiam pariter a se oriturum appellavit &
judi-

(a) Eadem sententia est Cl. Werenfelsii qui eam paucis
verbis sed claris & solidis pro more suo rationibus adstruit
cogitat. ad loca N. F. Oper. p. 315.

(b) Cum tres vidi, & nunc adoravitis. Augustinus.

judicem totius terrae nuncupat. Haec profecto, quantum ex compendiosa narratione colligere licet, valde in Messiam quadrare, & incarnationis proludia sapere fateberis, quibus Abrahami fidem remuneratur, atque huic, quo ardebat, totius orbis Redemptorem videndi desiderio obsecundat benignissimus Deus. Ad quem gloriosum simul & placidum Numinis sub humana specie conspectum, (nam cetera visa, aut in somnis ei contigisse, aut voce tantum audibili, aliis que praesentiae divinae symbolis peracta videntur) mira exsultasse laetitia Abrahamum credibile est.

Ex dictis abunde patet, quod iudicium ferendum sit de sententia Chrysostomi, qui adludi censet ad historiam Abrahami Isaacum suum Dei jussu immolaturi, tanquam hoc illustri typo mysterium redemptionis Patriarchae oculis adumbratum fuerit. Eam opinionem (*a*) secutus est Erasmus in paraphasi;

(*a*) *Hoc enigmate Jesus significavit, Abraham, quum pararet immolare filium Isaac, per Prophetiae spiritum vidisse Dominum Iesum in mortem crucis a patre tradendum pro mundi salute, nec tamen ob mortem interisitum, sed post triduum ad immortalitatem revictum.* Erasmus in paraphrasi a. l. qui ex Chrysostomo, ut alia multa, mutuatus est, τῷ δὲ πρώτῳ ἰταῦθε μοι δοκεῖ λέγει τῷ τῷ εαυτῷ, οὐ ἐν τῷ τῷ κριτῷ φερόμενοι τῷ τῷ Ισαὰκ προδιετόπωσι. ad loc. oper. tom. II. p. 783. ed. Savil. Figuras alii alias adferunt. plerique illam Isaac quum Abraham sacrificavit, qui cum expressa moritur pro nobis Christi figura fuerit, non dubium quin in ea sanguinem

phrasē; nēc multum abludit Grotius, quam sententiam, tacitis tamen auctōribus, quōrum forte minus recordabatur, veluti de suo in medium produxit nupera Diatribe eruditus Anglus, (a) multum quidem interpolatam, & novarum rationum adminiculis suffultam. Totum Systema, quod specie non caret, breviter recensēbimus. Adsumit illa ante omnia, quod satis notum nec à quoquam negari potest, prīcis temporibus in usū promiscuo fuisse emblemata ejusmodi, ubi, per certas actiones sub oculis gestas, res quae usui essent significabantur; sic ut externa facta sermonis vicem impletrent, ac velut in tabula quadam aut officium edocerent, aut futuros eventus delinearent. Exempla in Prophetarum libris extant non pauca.

Pergit vir doctissimus, spem de Messia venturo, ac redēptione per ipsum obtinenda Abrahamo factam, sed sensim & pendentim, per varios revelationis gradus; ut scilicet ipsius fides exercitio firmaretur.

Mox

In speculo dēm Christi conspexerit. Haec Maldonatus, qui Chrysostomo, Ammonium, Leontium, Theophylactum, Euhygium suffragantes allegat. Grotius diem Domini vidiſce ait, quando suae in Deum fiduciae hoc praeium tulit, quod Isaacum quasi e mortuis recepit.

(a) Warburton in egregio Opere quem *de divina Mosis Legatione inscriptis*, ubi ingenium accerrimum cum eximia eruditione certat, V. Vol. 2. Part II. pp. 591--630.

Mox aperiente sese & crescente in dies promissionis luce fieri non potuit, quin vehementi desiderio arderet, redemptionis illius naturam & modum penitus cognoscendi. Hoc vero praestitit Deus in revelatione Genes. Capite XXII. quae post caeteras omnes ultima Patriarchae obfigisse memoratur. Si *Warburtono* credas, mandatum de immolando filio, minime accipi debet presentamine arduo, quo Deus toties jam explorati obsequii fidem denuo probaret, sed potius insigne beneficium fuit annuentis Numinis Abrahæ votis. Videlicet in ea, quam patrare jubet, filii unigeniti immolatione, tanquam in speculo, Redemptionis mysterium ipsi conspiciendum præbet, aut in scena quadam repræsentandum. Non tentamen hoc fuit, sed eximia merces potius fidei pridem promissionibus habitæ, qua ipsarum impletio velut sub oculis ponitur. Atque ipsissima illa dies censenda, quam suam vocat Christus, & Abrahamo visam adfirmat; unde incredibili ob ejus conspectum perfusus gaudio dicitur, postquam videnda exspectatione gestiverat. Nam phrasι illa, ἡγαλλίασατο ἵνα ἰδῃ, contendit *Warburton* tacitam de tali viso exhibendo promissionem innui. Huc trahit quoque, quod in Epistola ad Hebraeos legitur, ὅτι ἐν ταραβολῇ Isaacum ἔχομίσατο,

N 2

quasi,

quasi, teste Apostolo, parabolicum tantum aut emblematicum illud de mactando unigenito mandatum fuerit.

Satis certe mirari nequeo, qua ratione fiat, ut quae maxime arcessita sunt & quae sita adeo lenocinentur quorundam ingenii, ut omnem eruditionis opem, cunctas Artis illecebras iis incrustandis adhibere malint, quan veris & simplicibus, atque in medio positis acquiescere. Si enim tam affabre coagmentatam novi hujus interpretaminis, (nam quodammodo novum est) artificinam paulo attentius introspicias, totam agnosces nulla solida ratione nisi, sed meritis conjecturis adstrui, quas non solum per alias aequae probabiles convellere facile est, verum etiam indubitatis argumentis refellere.

Nempe contendit vir doctissimus, Christum illo loco de munere suo mediatorio necessario locutum esse. Qua vero illud ratione conficit quoniam aliquot retro versibus Dominus dixerat, *si quis sermonem meum servaverit, mortem in aeternum non videbit*: ergo, inquit, agit de cruce sua & redemptione. Cujusmodi haec sequela est? Locationem vero illam ἡγελλιάσατο ἵνα ἴδῃ, quae purus putus est Hebraismus (*a*) pro *videre*

(a) ἡγελλιάσατο ἴδῃ Vorstius docebit illud ἵνα per infinitivum resolvi, *de Hebraism. N. T. C. XI. p. 287. He-*

widere discupūt, in id trahit, spem Abrahamo ante factam, mysterium Redemptoris sibi patefactum iri; de quo in tota Genesios historia ne verbum quidem exstat. Tunc rationes excogitat, cur Patriarchae fidem insigni quodam documento Deum remunerari oportuerit, cum probabiliores adferantur causae, cur sapienti Deo visum sit, sancti viri saepius tentatam fidem, & multis jam probatam experimentis, hoc ultimo & gravissimo circa Isaacum periculo ad summum gloriae culmen perducere.

Totam memorabilis illius actus narrationem si intuearis proprius, videbis nativis historiac coloribus factum insigne prescribi, rem aliquam memoratu dignissimam serio agi; non sermonem tantum parabolicum institui, non evanidam rei futurae umbram oculis objici. Capitis initio diserte dicitur Deus tentasse Abrahamum. Subjicitur mox temptationis modus: mandatum scil. quo nullum Patri acerbius dari potuit. Dein ordine narrat Moses quo modo Abrahamus huic exsequendo sese accingat, tum Isaaci percundatio interseritur, de victima, quam patrem secum adulisse nullam videbat, solliciti. Constringit puerum Abrahamus; nil reluctantem rogo imponit; jatn cultrum acci-

Hebraei dicerent, רָאַת עַל notum ἦν apud Hellenistas, omnes praefixi ל significationes obtinere.

accipit infelix pater, adacturus in jugulum
 & imminentem ictum innocentis hostiae.
 Sed jam clatum brachium cohibet e coelo
 edita vox; *ne manus inferas puero;* ad-
 dens *ex eo jam cognovi* &c. Et scenica
 haec tota, si Deo placet, fabula est merum
 oculorum ludibriū, merus actus theatricus
 peragitur, legentes, tamquam in re prae-
 fienti commovemur. Moestitia obsequum
 cogitamus Abrahamum, & toto animo con-
 tremiscentem; ad tantae fidei constantiam
 exstupescimus, obsequii pronitatem admi-
 ramur, Isaaci mitem depraedicamus &
 placidum in ipso mortis agone animum. At
 fallimur interea, vanaque imprudentes spe-
 cie deludimur. Aguntur enim alia omnia.
 Non paret Isaacus, aut praesentem necem
 expectat. Nec angi magis putandum est
 Abrahamum, tantum abest at lugeat & ex-
 crucietur iunctitu filii, ut potius lactitia,
 quam usquam antecepit, majori profun-
 datur. Non triste iustum accipit sed insigni
 contra beneficio mactatur; quemque praefi-
 tu difficultum in Deum fiduciae & obe-
 dientiae actum duximus, re vera luculen-
 tum utriusque praemium est. Profecto si
 tali interpretandi audacia in historiis sacrī
 grassari licet; quid verum in iis & indubi-
 tam remaneat, non video, aut quae no-
 bis posthac norma supersit, ex qua res vere
 gestae,

gestae, à parabolis aut fictitiis narrationibus tuto secernantur. Frustra urgebis, hunc morem per motus externos, doctrinas arcanae significandi, priscis saeculis increbuisse, ac satis Abrahamo notum; de eo enim nullalis est. Sed quoties id usurpatum videmus apud Prophetas, semper aut expressis verbis, aut indiciis certis monemur parabolam esse, aut statim ἐπίλυσις additur. At hic nihil videmus simile innui. Rationes equidem *Warburtonus* excogitat, cur ejusmodi arcanum in solius Abrahami gratiam revelatum, appetiri non debuerit Judaeis. Sed pace illius dixerim, operam ludit cruditus scriptor, atque ingenio abutitur. Nequaquam enim hic quaeritur, num ea mysteria Abrahamo potuerint revelari, quae caeteros horum saeculorum homines celare expediebat, & sub obscuris involucris latitantia obtegere; sed quaestio huc reddit, num licet hic meram parabolam somniare, eum de re hujusmodi ne verbulo quidem, aut levissimo indicio admoneamur; & ex adverso continua literalis narrationis series praecedentibus cohaerens, pertexi videatur, cum praeterea factum ad literam sumptum, eximum quid contineat; & illustre quidem in Abrahamo virtutis specimen, in Deo autem sapientissimum consilium prodat.

Sed majus addo. In ipso narrationis exordio

dio legimus Deum *tentasse Abrahamum*; id est de ipso experimentum capere voluisse, unde nimis ejus fides, constantia, obsequium elucesceret, quale illud experimentum fuerit, sequentia luculenter ostendunt. Nec ipsa historiae clausula dubium relinquit. *Nunc tandem e coelo clamat Angelus, nunc novi te Deum timere quod unigenito non peperceris.* Mox Dei nomine interposito jurejurando, promissiones ante factas renovat & sancit, carissimum caput jam-jam exitio devotum suarum omnium benedictionum fontem & pignus constituens.

Neque aliter Paulus rem intellexit, dum XI. Cap. ad Hebreos Abrahami fidem Natum immolaturi depraedicat atque extollit, tanquam propositum venientibus saeculis exemplar. *Ex fide, inquit, Abraham exploratus a Deo Isaacum obtulit.* Fidei amplius constantiam exaggerans, quod is ipse foret, in quo divinae omnes Abraham factae promissiones recumberent. *Obtulit, inquit, nihilominus; apud se se reputans Deum ex mortuis etiam immolatum excitare posse.* Unde cum etiam (a) ἐν τῷ ἡγεμόνῃ ἔχομέσσατο, id est velut morte sibi iam creptum quadam resurrectionis similitudine recuperavit. Si tota enim transactio illa

(a) Hebraice sic effera; לְכֹה מִמְחוֹת בְּרוּת

illa quiddam fuit parabolicum [ut haec ultima verba monere censet *Warburton*] & id tam certum fuerit Abrahamo & manifestum, ut inde laetitiam ceperit ingentem, perinde ac si Messiam ipsum propriis oculis contemplaretur; dic age, quaenam animi hic constantia relucet, quae fiducia λογισαμένης Deum potius ex mortuis excitaturum Isaacum, quam ut pollicitis non stet? Consilium igitur immolandi verum & serium, serius Dei iussus, quem religiosissimus pater cum acceptis promissis constare posse statuebat per omnipotentiam divinam. Sed si nihil aliud hic agnoscis praeter crucis Christi picturam emblematicam, si Abrahamus coeleste imperium audiens, Messiae ejusque perpetuationem revelationem & σκιαγραφίαν statim intellexit, & ob visum oblatum gaudio exultavit; quodnam supererit quaeso ejus fidei, virtutis, obedientiae specimen? In cassum sudabit *Warburtonus*, ut tam diversa inter se componat, & in concordiam redigat. Pugnant omnino inter se, nec simul consistere, aut in eodem facto concludi queunt, hinc probatio exercitiumve fidei, inde ejusdem fidei merces & praemium; cum illud praecedat, necessario hoc subsequatur. Ne vero dicat, in eo fidem Abrahā vim suam exseruisse, quod mandati emblematici mentem confessim ceperit, omnia ex

N § • prae-

praecripto accurate peragere paratus, nec dubitans instantaneam plagam inferre filio, quam dicto citius, si eo res deveniret, omnipotentem Deum sanaturum confidebat. Id enim ex memorata hypothesi Abrahamo, ejusmodi mysticis revelationibus jam dum adsueto, proclive fuit. Quod quidem ex ejus in Deum fiducia proficiisci oportuisse fateor lubens; at in eo nullum constantiae argumentum, nullum virtutis meritum, multa obsequii laus, quoniam nulla repugnantis affectus lucta, aut de paterno amore victoria reportata, quae eum cacteris V. T. heroum fidei ope gestis, & praeclaris triumphis, quos toto hoc capite persecuitur Apostolus, conferri mereatur.

Obtendis, si historia sic simpliciter sumatur, ut fert litera, multa a S. Scripturac hostibus contra objici posse, tanquam Numinis optimi maximi perfectionibus contraria. Confilium illud de mactando Isaaco ex dira superstitione potius quam ex vera pietate ortum visum iri; etiam calumniaturos, ex Ethnicorum consuetudine haustum fuisse, qui Numinia sua humanis victimis placare solebant. Cui horrendo instituto apud Syros & Cananaeos Deum tali exemplo patrocinari voluisse parum probabile est. Ad hanc difficultatem diluendam, quaecunque optimè reponuntur, & paßim legere licet, hic

repetere nihil opus. Id tantum obiter observabo, non minus in ipsam *Warburtoni* hypothesisin eadem incommoda recidere, quae vulgari objicit, & jure merito in eum revertorueri posse. Nam illud primo de humanis hostiis, quando illius allegoriae mysterium soli Abrahamo compertum fuisse vult Cl. Auctor, necessario factum, ut haec Historia, Judaeis & extraneis promiscue legentibus, formidatum offendiculum praebuerit, heu serius quam oportuit per egregium Cl. Scriptoris *έρημα* nunc tandem remotum. 2º. Religionis adversarios mihi audire videor Cl. *Warburtono* regerentes: quam insolens nobis obtendis emblematicae revelationis specimen, quam abhorrens a sapientissima & optima summi Numinis natura! Non alia igitur reperiri potuit methodus ad Redemptionis humani generis patefaciendum mysterium quam si amantisimus Pater unigeniti jugulum cultro dissecare jubeatur? Et talis revelationis speciem placido animo fert Abrahamus? Non perturbatur? Non rei novitate percellitur, aut atrocitate commovetur? Non toto animo & corpore cohorrescit? Contra simul ac imperium audavit, id alacriter exscqui parat, quin dato gaudet, & laetitia exsultat incredibili! Quis talia dicente ferat, aut serio docenti aures praecbeat? Caeterum Abrahami

mi sacrificio egregium Christi crucis & mortis typum exhiberi extra (*a*) omnem controversiam esse debet. Sed aliud est typus, aliud emblematicum documentum, ubi motus quidam externi verborum vicem supplent. Typi etenim ex veris historiis & realibus eventis desumuntur, sic divina sapienter ordinante providentia, ut quae vera a certis hominibus in vitae ordinario cursu libere ad praestitutos sibi fines gesta sunt, imaginem futurorum referant. Id in miris, quae Josepho contigerunt, casibus agnoscimus, ubi Messiac fata depingi tam claram est, quam quidquam ejusmodi esse potest. At typi intentum non continuo innuit iis, qui talem typum gesserunt. Nec Josephus cogitavit de Messia, quando a fratribus

ven.

(*a*) Neque tamen laudaverim obscuram nonnullorum diligentiam, qui in historiae hujus ministris velut apicibus mysteria ruspantur innumera; putide nimis urgentes omnia & singula. Veluti dum in triduano itaque, quo perrexit ad Moriam Abrahamus, illud τριήμερον inqui volunt, quo Christus in sepulcro jacuit, & in ariete Isaaci vicem supplente, leviticorum sacrificiorum institutionem somniant; aut in rogo lignum crucis reperiunt, aut in cognomine loci, & addito elogio, ἡλένη ταῦτα totam g. h. redemptionis oeconomiam expresiam admirantur. Salva tum antiquorum tum recentium doctorum reverentia dictum sit, imaginosum patitur, quisquis talibus inhaerescit. Cui sapiens M. Calvini monitum ad 1 Cor. IX. 9. saepius oggeri debet. & idem Gen. XXII. 13: de suffecto ariete loquens. Nec me latet magis subtiles allegorias posse elicere, sed quantum firmitatis habeant, non video.

venditus, carceri inclusus, postmodum ad summum dignitatis fastigium apud Pharaonem evasit. Nec pariter Abrahamo, dilectum Natum, quia sic Dei iusta ferebant, immolaturo, in mentem venit, se splendidum eo facto Patris coelestis, Christum ad mortem pro hominum salute tradentis, typum referre. Unde enim id rescivisset, nisi monitus, aut aliunde ex oraculis edoctus, cum tranquillo postmodum animo ea inter se conferre otium fuit? Unde contra Chrysostomum, & qui ejus sententiam sunt sectati, in quibus primas tene *Warburton*, argueret licet, quod Christus ait de die sua Abraham facta conspicua, ad Abrahamici Sacrificii historiam nullo pacto referri posse. Ponamus enim tantisper, in eo sacrificio Redemptionis typum Abrahamo objici: certe non claram ejusmodi typus & evidentem doctrinæ salvificaæ notitiam attulit, sed obscuram quandam & adumbratam significationem, in eo equidem expressa & vivida crucis imago relucet; sed cuiusnam saeculi hominibus? Nobis Christianis οἵς κατ' ὁφ-
θαλμὸς Ἰησὸς Χριστὸς ἀρρευράφη ἐν ἡμῖν ἐγ-
ρωμένος, qui per Evangelii doctrinam edocti, historiaque dominicae passionis perlecta, inter typum & antitypum collationem instituimus, & in veteribus umbris tenuissima quaque veritatis vestigia deprehendimus.

Nec

Nec tantum illud fuit , quod Abrahamus aenigmaticam hujus mysterii delineationem cerneret , aut tam eximia beavit Patriarcham supra caeteros Veteris oconomiae fideles praerogativa , qui etiam typos hujus generis varios sub oculis habuerunt , ut splendidum per hoc fidei praemium reportasse , idque naestus , tanta laetitia perfusus fuisse dicendus sit . Multo minus ea de causa dici potest , tunc demum Christum , ejusve diem , quam tantopere cernere optaverat , suis oculis usurpasse .

Quis ergo , inquires , typorum usus veteribus fuit ante Christum ? Non spernendus utique , cum iis fides eorum foveretur , & aliquatenus illustraretur . Typi salutarium promissionum fiduciam apud antiquam Ecclesiā magis magisque labentibus saeculis sustentabant , & futurae gratiae desiderium acrius incendebant , iis enim merito aptari potest , quod de Oraculis dixit D. Petrus ; scilicet facis instar in densa Vet. Oeconomiae caligine praeluxisse , & antecursores fuisse prodromos Evangelicae lucis . Sed observandum , Typos , ut id praestarent , ope indiguisse Oraculorum , quibus diserte prae nunciata fuere , quae Typis signabantur . Quemadmodum enim , dum ignoti alicuius picturam intueor , ab alio , qui hominem defacie novit , & sermone refert , quale os , qualē

lem vultum gerat, opus habeo edoceri hanc & illius picturam esse & accuratam ejus similitudinem refere; sic ex vaticiniis Christum venturum nunciantibus intelligi potuit, has illasve res aut personas expressum Christi typum gerere, sed nobis in Evangelii luce positis, veteres typi, praesertim cum vaticiniis connexi, tam vividam & nativam Christi ejusque mysteriorum speciem exhibent, umbras cum corpore ipso & rerum veritate perpetuo contendentibus, ut mirum inde fides nostra & divinitus oblatae revelationis persuasio robur & incrementum capiat.

Sed ut ad Christi Sermonem redeamus, quando solemni obtestatione ad severat apud Judacos, Patrem eorum Abrahamum, cum videre exoptasset diem suam, eam vidisse, & visa laetatum fuisse, cumque iis indignantibus, quod se Abrahami coactaneum faceret, amplius adfirmat, se, ante quam Abrahamus gigneretur, existere; inde manifesto concluditur, non typo, non parabolico, aut prophetico intuitu conspectum a Patriarcha Messiam, sed vera & personali Filii Dei secum colloquentis praefentia gavisum. Et tali quidem praefentia aut die, quae cum ea, qua fruebantur Judaei, similitudinem quandam habeat. Verba enim Christi tacitam inter Abrahamum & Judacos collationem

nem includunt, cum horum simul incre-
pationem, sobolis nimirum parenti tam dissi-
milis, ut eum summo cum fastidio respuat,
quem Abrahamus Pater effuso gaudio am-
plexus est. Quod in visum Cap. XVIII. Ge-
neseos memoratum, si hujus historiae sin-
gulae partes probe expendantur, unice qua-
drat. Felicem vero illum forte sua, supra
ceteros Oeconomiae veteris heroas! Patri-
bus aliis, fateor, is Angelus Domini ΧΑΤ'
Ἐξοχὴ, qui & ipse Dominus, subinde visus
memoratur; sed non humano habitu, ut
plane hominem referret. Non familiariter
cum iis versatus est, non hospitio, non men-
sa exceptus, quemadmodum Abrahamo.
Deum quidem adlocutus praedicatur Moses
facie ad faciem, amicorum more sub si-
gnis tamen & symbolis in turbine & flam-
ma. Quid Jacobus moriens? Se Dei tantum
salutem exspectasse profitetur; sed salutem
ipsam vidisse unus gloriari potest Abra-
hamus, quando salutis auctorem Christum
coram sub humana forma intuitus est, ipsius-
que divino ore pollicita de semine illo be-
nicto venturo, qui idem ipse erat Emma-
uel atque hominum Redemptor, per nu-
ciatos Isaaci natales sibi confirmari sensit.

D I S-

DISSE

TATIO

S E P T I M A.

De mortuorum Baptismo.

'Ἐκεὶ τί ποιόντων οἱ βαπτίζομενοι ὑπὲρ τῶν
νεκρῶν εἰ ὅλος νεκρὸς θνήσκειρρται; τί γὰρ
βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν; 1 Cor.
XV. 29.

Manifestum est, haec verba, novum argumentum exhibentia stabilierdae, quam toto hoc capite confirmatum it Apostolus, Resurrectionis fidei, cum praecedentibus illis versu 23. arctissime cohædere; primitiae Christus; postea qui factus Christi, in adventu ejus vivificabuntur. Quidquid enim interjicitur, παρέβασις tantum est circa Christi Mediatoris Economiā, & regni naturam, quod in Ecclesia obtinet. Qua re in transcurso expedita, sic orsum porro filum orationis pertexit. Pro indubitate tenendum, quotquot in Christi fide obierunt, vitae quondam reddendos esse. Quod si hoc minus verum sit, si omnino mortui non resurgent, τί ποιόντων δι βαπτίζομενοι, quid facient illi qui baptisan-

O

santur unde respōsū? Quanam de causa sic baptisantur? Praxiā memorat Pāulus, quac sui saeculi Corinthiis satis nota debuit esse; imo apud ipsissimos, quibuscum de resurrectione corporum disceptationem instituit, adversarios recepta, (alias enim inde peti-
tum, ut quivis videt, argumentū nil valeret) talis praeterea, quae futurae resur-
rectionis spem haud obscuram contineat,
neque ullius usus esse possit, spe resurgendi-
amota. Cujusmodi autem praxis fuerit, in-
dagatu difficile est; tum propter monumen-
torum Apostolici aevi penuriam, tum pra-
cipue ob verborum, quibus usus est Pāulus,
ambiguitatem nonnullam.

Tam densis profecto hujus commatis sententia tenebris circumvoluta pauci existi-
matur, totque infelices interpretum conatus
experta est jam dudum, ut si quis utunc sit,
qui eam se nova quadam ratione enodatu-
rum spondeat, vix ille temeritatis notam
effugere posse videatur. Ego quidem me
Oedipum minime profiteor, nec inauditam
exatissimi acenigmatis solutionem adfero, sed
aliēna premens vestigia, lucis saltē non
inīhil & ponderis me additurum confido in-
terpretationi cūdam, quae in ingenti velut
conjectationum acervo neglecta jacuit: licet,
si accurate expendatur, mire supra omnes
alias

alias se se sua probabilitate commendet, ne jam dicam aperta veritate.

Priusquam vero, quod mihi optimum censetur, in medium protraham, expedibit varias variorum interpretationes recensere; non quidem universas, quod foret infinitum; sed praecipuas saltem, quas vel auctorum fama, vel fautorum numerus, vel aliquis veritatis color insigniores reddidit.

Delectu igitur habito, ut simul ordini serviamus, in tres classes omnem illam de Mortuorum Baptismate opinionum discrepantiam distribuimus, ut positis sic loco singulis, quid cuique faveat, quid ob sit, quibus singulae adminiculis fulciantur, quibus premantur incommodis, sedulo notemus. Sic munientes viam ei, quam amplectimur, sententiae enarrandae, atque idoneis, quantum poterit, argumentis confirmandae.

Triplex dissidentium sententiarum ordo statuendus, pro triplici vocum *Baptisma* & *Baptizatio* intellectu. Dum alii metaphoricum Baptisma hic loci tantum intelligi volunt; simplicem lotionem alii, ex primigenio usu vocis: alii tandem Baptismum, recepta apud Christianos significatione, pro Sacra illa tessera sumunt, qua Christi disciplinae primum initiamur, & Evangelico foederi adscribimur.

Con- I. Agmen ducat in prima Interpretum
trov. classe Bellarminus. Is, cum meminisset ali-
Lib. I. Lib. I. cubi de lacrymarum Baptismate loquen-
C. VI. tem Cyprianum, quo verae poenitentiae,
P. 234. quae delictorum maculas eluit, effigacia no-
taretur;

*Nam quid postmodum ad ludere, qui jejuniis, lacrymis, pre-
Baptismi caminibus, poenalibusque, ut vocant, operi-
esse majoribus, defunctorum fratum peccata expiare
quam confessio, satagebant, ipsorumque animis in spelaco
quam quodam & tenebrisoso circa terrae centrum
passio?*
*Epist. ad Jubaja antiquus ferebat error, refrigerium impetra-
num.* re ad diem usque judicii, aut poenarum,
quibus adfici putabant, mitigationem. Certe
is mos apud Christianos perveritus, cuius
Tertullianus & Augustinus meminere, ad-
dentes statam & annuam diem suisse, Ca-
lendas nempe Februarias, qua baptismum
proprie sic dictum in eorum gratiam, quos
necessarios & caros amiserant, id est pro co-
rumdem refrigerio susciperent. Ea nempe
die Dominum Jesum baptismum recipisse, ve-
tus prohibebat Traditio. Magnus quoque
Scaliger, quod miseris, et si superstitionis
plenum morem damnat, huc tamen cuni
Tertulliano putat Paulum respicere, tan-
quam a nonnullis sua jam aetate usurpatum.
Scaligerum jam non moramus, sed quam
opinione sua falsus sit Bellarminus, inde
patet.

patet. 1º. Quod Baptismatis vocem eo sensu sumat, quem nullo scriptorum adlatu exemplo tueri possit. 2º. Quod tali consuetudine nitatur, quam, ut ut viguerit Tertulliani aevo, aequo Apostolis ignotam constat, ac ipsa *τύρκαθαροεως* fabula, cui sufflaminandae superstitionis ritum postmodum adinventum credibile est.

2º. Eodem numero habenda illorum cogitatio, qui de martyrio interpretantur, quod *baptisma sanguinis*, haud ineleganti metaphora vocitatum. Nimirum fulciunt sese Christi responso ad Zebedaci filios:

Num potestis baptisari eo baptismate, quo me baptisari oportet? Hos si audiamus, Matt.
XX.22. huc fere redibit Pauli ratiocinatio. Quid iis fiet, qui Evangelicae doctrinae causa profundere non dubitant, si mortui non resurgunt, neque ulla sunt alterius vitae exspectanda praemia? quo illicio, quave spe inductos Christi Discipulos, morti sese tam constanter, tam impavide offerre dicemus? Validum locus sic sumpitus comprehendet argumentum, quo totius capitis doctrina corroboratur; & sequentibus praeterea optime cohaerabit, ubi semet ipsum Apostolus jam Martyrii coronam adeptis socium addens, ob praesentes, quas patitur, aerumnas, consimilisque exitus exspectationem; *Cur nos quoque, infit, omnibus*

*nibus horis periclitamur? Diebus singulis
moriōr, per gloriatiōnem vestram, quam
habeo in Christo Iesu Domina noſtre.
Per pulchram fateor sententiā & probabi-
lēm, niſi eam contextus prorsus respueret.
Nam, ut quod res est dicam, si Christus
translata oratione uſus, cruentam, quam
mox aditurus erat, mortem sub baptismatis
imagine depiaxit, ne riquā tamen inde
conficitur, apud Paulum ~~Baptizatū ut ip-~~
~~se pō~~ idem valere ac martyrium pati; cum
nec eadem locutio sit, nec ullum in Pauli-
no textu translatac locutionis vestigium ap-
pareat.*

Secundam Classem inchoabit clarus N. T. Interpres, & inter acutissimos merito numeratus, Theod. Beza, qui multos adſtipulatores habet. Baptisma hic sumit in primo sensu vocis quo lavacrum undae significat. Qua acceptione paſſim occurrere nō gūm est apud scriptores sacros. Atque pri-
mum observat, inolitam Judacis consuetudinem fuisse abluendi ungendique cadavera, eo consilio ut ſpem resurrectionis testatio-
nem facerent, ſuamque de hoc Religionis capite fidem patam proſiterentur. Hic vero mos, cuius apud Ethnicos vestigia nonnulla deprehendere licet, a Judacis ad Christianos dimanaverat. Exemplum logimus Act. Cap. IX. circa Dorcadem defunctam. Eun-
dēm

dem hic Paulus in rem suam convertens sic argumentatur, judicet Beza: *Quid iis fiet, qui baptisant, aut baptisantur [nana utro- vertes modo], ad textum graccum quod ad- tinet perinde esse docet, & media significa- tione τὸ βαπτίζεσθαι accipiendum conte- dit.*] *Qui inquam ablutione utuntur faci- per mortuos?* Quis hujus mortalitis ablutionis fructus aut scopus fungi potest, si num- quam mortui sunt resurrecti?

3. Bezae commentario alium hinc adfir- nem adjungere liber, petitum ex ablutioni- bus Mosaicis, quibus Iudaci, (a) ex mortali- cini contactu polluti, mundabantur. Eas nempe volunt non magis ad legalem puri- tatem spectasse, quam ad resurrectionis sis- dem; quod adductis R.R. testimoniiis con- firmatum eunt. *Spiritus immunditiae* (verba sunt libri Zoar) *habitat super ho- mines propter mortuos.* *Remedium est* pulvis vaccae rufae, quo purificantur, ut obtineant vitam mundi futuri: *Scilicet* ut puri inveniantur in hoc mundo, *et* sancti in mundum futurum, de quibus scri- bitur.

(a) Ad hunc morem respicit Sitac. Eccl. XXXI. 25: *Βαπτιζόμενος ἀπὸ νερᾶς, καὶ πάλιν ἀπὸ ψεύσεως αὐτῷ, τῇ αφίλη- στῃ τῇ λέπτῃ αὐτῷ.* Sed multum discrepat haec locutio *νερᾶς βαπτιζόσθαι* a Paulina nostra *οὐτῇ νερῷ,* nec sensus idem esse potest. Zohar fol. 864. citante Lightfoot in Horis Hebraicis. ad h.4. Oper. Tōm. II. p. 923.

bitur: conspergam super vos aquam puram
& purificabimini (Ezech. Cap. XXXVI.) Sic
eruditissimus Lightfootus. Verum praeter-
quam quod ex recentiorum Synagogae Ma-
gistrorum auctoritate nequam constitui po-
test, qualis coactaneorum Paulo Judaeorum
sensus fuerit, & quam huic caerimoniac
mentem adsingunt, ea longe nimis arcessita
videatur; quis credat Paulum, cui res erat
cum Christianis rituum iugis solutis, eam
vix tribuere partiam ad legalem solum &
externam mundiciem pertinenti, nihilque,
si in se spectetur, cum ea quam tractat ma-
teria adfinc habent? Par judicium de pra-
ecedenti expositione ferri acquum puto. Mos
enim lavandi ungendique Cadaverā, cum
nec Judaeorum nec Christianorum proprius
fuerit, ut pote apud Graecos etiam & Ro-
manos in usu, ut eruditii observarunt, &
Tarquinii
corpus bo-
nafoemi-
na lavit
& unxit.
Ennius.
tritus ille de Tarquinio Poetae versus satis
indicat, valde absqum suisset hinc resur-
rectionis veritatem exsculpere velle. Paulo
corte injuriam facere arbitror, qui in gravis-
fima cum controversia tam frigido & im-
belli telo pugnare contendunt.

Sed ad tertiam Classem pergamus, quac
est numerosissima. Eorum scilicet quibus
Baptizati de sacra Ecclesiae Christianae
Baptismate intelligitur. Hi, de hoc uno con-
sentientes, mira expositionum varietate a se
in-

invicem aberunt, pro variis, quas particula
 ὑπὲρ suscipit, acceptationibus. Sunt enim qui
 βαπτίζομεν ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, vertant qui
 baptisantur propter mortuos; eos nempe
 intelligendo, qui stupenda Martyrum con-
 stantia perculsi (a), dum eos vident animas
 fortiter projecisse, ut Christo fidem suam ad-
 probarent, Evangelicam illico doctrinam
 amplectuntur, seseque S. Baptismate tingi
 curantes in Christi disciplinam tradunt. Un-
 de sic argumentabitur Paulus: Si semel fato
 functis resurgendi nulla spes fit, stulte equi-
 dem faciunt Martyres, sed majorem adhuc
 in modum insaniunt, quicunque eorum
 exemplo adducti suscipiunt baptismum, ut
 Christo nomen dantes in eadem sepe pericu-
 la conjiciant, similiaque adeant supplicia.

5. Doctus exstat unus & alter, cui magis
 arrideret βαπτίζεσθαι ὑπὲρ νεκρῶν, in mortuo-
 rum locum interpretari, id est, baptisari ut
 in defunctorum Christianorum vicem suffi-
 ciantur, & vacuam ab iis (b) relictam sta-
 tionem occupent. Metaphoram ajunt a re-
 mili-

(a) Hanc quoque interpretationem tuetur *Lighthornus* L.c., licet in alteram illam, quam sub ejus nomine modo laudavimus, magis propendere videatur, forte quia magis Rabbinismum sapit.

(b) Simili sensu dixit Tullius Lib. 2. Epist. ad Attic. Ep. 19. *Cofeonio mortuo sum in ejus locum invitatus, id erat vocari in locum mortui.*

218 D I S S E R T A T I O

militari duciam, ubi delectu habito novi milites ad supplementum legionum conscribabantur, & nomina apud Imperatorem professi, in eorum, quos belli vis hauserat, locum subeuntes, labefactatos Ordines complebant. Sic qui per baptismum Christo nomina dabant Neophyti, se sub ejus vexillis merere velle profitebantur, & mortuorum Christianorum vicem in Sacra illa militia subire. Sollertiai sane & acumen laudo, tum hujus, tum prioris *τύπων*; sed valde ingeniosac cum sint, nescio quo pacto neutra mihi satisfacit; adeo pras. se ferunt coactum quid & quaesitura. Non sic Paulus, ut mihi quidem videtur, aenigmatice loqui solet, aut rem planam & dictu facilem verborum amfractibus intricare amat. Praeterea quod utramque pariter opinionem ferit, aegre persuadebis, scriptorem similem nostro, quem novimus rerum minime inopem, verborum vero pareum, bis tam parvo spatio argumentum idem mutatis verbis adtulisse. Nam illud de martyrio, ratione mox addita in sequentibus ¶. 30, 31. *quid enim periclitamur singulis horis*, clare sati comprehenditur. Ad hoc, cum libens dem, praepositionem *υπερ* multiplies sensus capere, quanam quaeſo auctoritate praestabis, phrasim integratam *βαπτίζεσθαι* *υπερ* significare posse, aut mortuorum exempla

emplo ad Baptismum trahi, aut per baptismum in eorum locum suffici?

6. Idem fere dixerim de nova (*a*) Wenzelsii expositione, ingeniosa quidem illa, sed quae similiter incommodo laborat. Sic autem sententiam Paulinam explicat Vir acutissimus. Quid illi agent, qui baptismum accipiendo sese per hoc obstringunt ad disciplinæ Christianæ observationem, idque faciunt in mortuorum gratiam, hoc est, ut sibi, non nisi mortuis, vita sensuque destinatis proficit. Ut hanc vero paraphrasim incrurset, corradis undique & exaggerat ejus tropicae locutionis exempla, ubi de una eademque re in diverso statu constituta sic loquimur, tanquam diversa res esset. At frustra aestuat, nec profert quidquam quod ad rem facit. 1º Demus etenim cum vulgariter loquendi more congruere, si dicatur, aliquem parate vestes, supellecilem, aedes mortuo, libros coeco, symphoniam surdo, ut ejus stultitiam accusemus, qui omnem illum apparatus tum demum instruere occipiat, quando iphi nulli amplius usui futurus est. Sed age, experiamur, num similis sensus phrasi Paulinæ aptari queat. Statim verba repugnare videbimus; locutio enim plana alia est, nec ex comparatione phrascos,

quac

(a) *Cogitat. ad loca N. Tys. Oper. p. 336.*

quae alterius est generis; huic lucis quicquam accenditur. Ratione fī ejus differat. si quaeras; ea praesto est. Nempe vox **Baptīzedai** non cādēt vīm? habet ac **Θησαυρίζειν**; oīkodomei; ut scilicet actiones denotent; quae facient aliquem usum praeflare possit. Nec in hac complexione verborum; **Baptīzedai** vīte **τεκπῶν**; verbum **Baptīzedai** ideam utilitatis alicuius ex baptismo captæ secum fert; qualis in oīkodomei; **Θησαυρίζειν**; intelligitur; unde patet exempla adlata locutioni Paulinae minime responder. 2°. Si vel maxime concedatur; ei talē sensum apfati posse; inde exsureret sententia pérquam absurdā. Non enim ait simpliciter Apostolus; eos qui baptismū suscipiunt vīte **τεκπῶν** **Baptīzedai**; sed tī **τοῖνοςοι οἱ Baptīzόντειοι**? Quid facient qui sic baptisantur? Cur baptisantur super mortuis? Quod longe aliud sonat; denotat enim; quoiquot ita se gerunt; intenū non assequi; aut spe sibi; quam; qualiscunque tandem sit; propositam; habuisse oportet; cadere; si mortui; non resurgent. Haeretici; quibuscum contendebat Paulus; nihil hominis post funera superesse autemabant; idem tamen suscipebant baptismū; unde sic contra ipsos argumentatur; quid facient qui baptisantur pro mortuis? Clarum est per tō **Baptīzedai** vīte **τεκπῶν**; actionem ip-

ipsam tantum indigitatis; per ratiōnēs
eiusdem actionis vanitatem perstringi. Avari
equidem scitis stultitiam optimie coargūtes, si
dicās, hunc opes sibi mortuo; id est, jām
jam morituro, sollicite recondere. Gallice
sic efferres; illes amasse des biens pour
quand il sera mort; nullo scilicet sibi usui
futuras. Quo dicto; non intentum a misé-
ri lucripeta finem notamus; sed ipsum
eventum, spei vanae vitam quam longissi-
me protrahendi non respondentem. Quod
ipsum cum Paulus denotet haec interrogati-
ōne, quid facient qui baptisantur? Ul-
tima haec verba vñ̄eg r̄xp̄n̄, oportet indica-
re aliquid ad naturam baptismi, quod volen-
tes scientesque suscipiunt, pertinens. Ali-
ter enim inani tautologia usus, dicendo r̄
x̄p̄n̄os? bis frustra repeteret comprehen-
sionem, quae, Werenfelsio si credamus, r̄
x̄p̄n̄os? satis comprehenditur.

Tutiorem longe viam ingredi videtur D.
Chrysostomus, qui multos ex cordatioribus,
ēxmyntas in suas partes traxit, inter quos
eminet Hammondus. Censem igitur clarum
illud Ecclesiae Graccae fidus, Apostolum
argumentari ab ipsa Baptismatis natura,
quod in id institutum est, ut Religionis
Christianæ Sacra quadam tessera professio-
nem obsignet. In eo nempe palam confe-
matur,

mur, capitale illud fidei nostrae mysterium, mortuorum resurrectionem. Inde fiebat, ut quisquis Apostolorum aevi adiutus S. lavato tingeretur, conceptis verbis hanc fidem enunciaret, dicens; οὐτε τὸν ἀστραφόν τε πάντας, Quin & ipse baptisandi antiquus ritus, quo immergebantur aquae corpora, ut ex ea deinde emergerent, communionem illam p̄ficiissimam adumbrabat: fidelium cum redemptore Christo, qua mortis ejus simulque resurrectionis ex evangelio foedere fieri mus participes. Adeoque persuasionem de mortuis quondam resurrectis aperte testabatur. Huc spectat quod Paulus scribit ad Romanos, nos per baptismum Christo consepeliri, ut quemadmodum ex mortuis surrexit ipse, nos quoque in novitate vitæ ambulemus. Hisce positis βαπτίζεσθαι υπέρ τε πάντων, contracta erit locutio, pro baptisari in apertam confessionem dogmatis illius de resurrectione mortuorum; aut resurrectionis spem in baptismō profiteri. Nec desunt talium οἰλαῖσι φῶν exempla, ubi notiores formulæ uno tantum verbo indicantur. Opinione cetera plausibili non exiguum pondus addit locus Epist. ad Hebreos VI. 2. ubi mentione facta βαπτισμοῦ διδάχης, id est, rudimentorum doctrinae Christianæ, quibus neophyti primum imbuebantur, ut Φατιστέτις capaces fierent τῷ αὐτῷ λόγῳ, meminit

τις ἀράτοις τε μηρῷ καὶ κρίματος ἀκοῖς,
quod utrumque dogma inter fundamentalia
haberetur. Sic potentissimo telo pestilen-
tem Paulus Corinthiorum Sophorum haere-
sin confudit, ἀράτοις oppugnantium. Nam
si resurrecio non datur, οὐ Corinthii! Ipsis-
simum, quod Christo-Magistro in Baptis-
mate Sacramentum dixisti, vos jurate ne-
cessere est, fideique, quam ibidem publice pro-
fessi estis, nunciam remittere. Erat tamen
dilectio αἱρετικῶν πατέρων. Piget huic solu-
tioni unum & quidem timorentissimum ob-
stare incommodum. Nimirum si compendio
susceptam in baptismo fidem indicare voluisset
Paulus, profecto scripsisset υπὲρ ἀράτοις
μηρῷ, aut si ellipſi uti mallet, υπὲρ ἀρά-
τος simpliciter, quod rem uno verbo
enunciat, dixisset potius, quam υπὲρ τὸν
μηρόν, quod totius formulæ aut nullam,
aut admodum obscuram significationem
praebet. Tali sensu praeterea si locutionem
accipias, articulo hic locus nullus, qui etiam
loco ad Hebraeos laudato, & merito qui-
dem, omittitur. Nam quod Scaliger optime
observavit, articuli ea vis est, ut non quos-
vis primisque defunctoris, sed certos quosdam
ex universa mortuorum turba segregatos &
seorsim spectatos designet. Τὸν μηρόν, signi-
ficat, τὸν δῆμα μηρόν. Cuius observationis
usus inferius patebit.

Eru-

Erudites itaque Viros , quibus displicebant, quae huc usque attulimus, suspicio incessit, eo, quem versamus loquo, non de Baptismo in genere agi , sed certum Baptismum innui, quod eiusmodi ritibus perageatur, talesque temporis loci &c. notas adiunctas haberet, quibus futurae post mortem vitae expectatio signaretur expressius. Talis, si quidem iis credimus, mos fuit super defunctorum Christianorum sepulchris baptismum administrandi, qui proprio satis hac phrasi enunciabitur, *ut eē rēspōr̄ bāptīzēdā.* Verum haec mera hariolatio est, cum nullum usquam in antiquitate Christiana talis consuetudinis vestigium appareat. Res eo fit incredibilior, quod ea actate constet Christianos nulla seorsim coemeteria habuisse, & religiosos coetus, ubi rem sacram administrarent, in privatis aedibus celebrasse. Temporum enim usum, moxq. of the remque ea super tumulos Martyrum aedificati, nemo nescit posterioribus demum B. XXII. saeculis natum.

V. Bing-
ham *An-*
Epiph. quoque sententia minime silentia.
Sect. 2. Epiph. tio praeterreunda est, ut pote magni Calvini
adv. nostri calculo comprobata, nec non J. Ca-
baeres. bellum suffragatorem habens, Apostolum
Lib. I. Tom. 2. hic de *Clinicis* loqui. Sic apud veteres
p.m.¹¹⁴ Christianos cognominabantur, quicunque e
Catechumenis, dum ex gravi morbo decum-
berent,

berent, & mors instare putaretur, baptis-
mum sibi in lectulo administrari curabant,
ut se hoc signo tanquam beatae resurrectio-
nis pignore solarentur. Ex eodem fonte na-
tum ut morientes Eucharistiam acciperent.
Notum est, superstitionem opinionem de
Baptismi ad eluendas anteaetiae vitae fides
efficacia, eo usque postmodum invaluisse,
ut Christiani plurimi non in proiectiorem
tantum aetatem, sed ad extrema vitae suum
baptisma differerent. Exemplo sit pro mille
aliis Constantinus Imperator, cognomento
Magnus, cuius, pace Eusebii dixerim, ad-
modum interfuit, talem Baptismo, ad praec-
teritiae vitae maculas eluenda, virtutem in-
esse. Sed ut ad rem redeam, qui in ea,
quam dixi, sententia sunt, *ὑπὲρ νεκρῶν* idem
Paulo sonare volunt, quod Hebr. IX. 17.
*ἐπὶ νεκροῖς, in morte, per, aut propter mor-
tem.* Eo sensu, *baptisare pro mortuis*,
idem erit ac baptisare eos, qui pro mortuis
jam habentur, quibus nulla ex morbo con-
valescendi, aut ulterius vitam protrahendi
spes adfulget; aut si id mavis, baptisare ob-
fructum illum, quem ex baptismō post obi-
tum sunt percepturi, respectuque hujus
conditionis habitō, ad quam ipsis a morte
aditus patet. Sane mirari satis nequeo, tam
coactam interpretationem Viris eruditis pla-
cuissim; cui operose refellendac supersedebo;

P

quan-

quantum enim ei verborum vis & sermonis proprietas reluctetur, dicere nihil adtinet, Praeterquam quod, inconsultum morem paris cum Apostolico aevo vetustatis fuisse, gratis adsumant.

Antequam vero nostram sententiam aperiamus, unica expendenda restat, ubi omnia sponte fluere videntur, & naturalem verborum ductum sequentibus se ultro objicere. Morem, ajuunt, apud primaevam Ecclesiam obtinuisse, ut si quis baptismi expers mortem oppeteret, e propinquis unus ipsis loco & nomine baptisaretur, seu ut testatum omnibus faceret, cuius vicem gerebat, cum certa spe beatæ resurrectionis decessisse; seu ne ipsis fraudi esset in altera vita debiti officii praetermisio, quod praestare vivens neglexerat, neve hac Christianismi tenuera carens damnum inde mortuus patetur. Bis ejus meminit Tertullianus, *Traclatu de resurrectione carnis, & contra Marcionem*. Et Paulum quoque censet illuc digitum intendisse. Non quod probatum ipsis velit superstitionem institutum, aut illud ipse laudet; sed ut inde Apostoli exemplo argumentum ducat ad corroborandam resurrectionis fidem. Cum necesse videatur, qui velut delegatione quadam illud baptismata susciperent mortuorum vice, id firmiter persuasum habuissc, corpora nostra olim

olim e tumulis excitanda , & baptismum tantae spei tesseram indubitatem credidisse. Prodit consimiliter (a) Epiphanius , ad suum usque tempus eam consuetudinem servasse Cerinthios , atque antiquitus traditam (b) eandem a Paulo memorari. Chrysostomus Marcionitarum propriam adfirmat, insuper enarrans lepidam fabulam. Solenne nimis esse in ea secta , quando quis ἀβάπτιστος vita excederet , ut demortuus rogaretur ; num vellet baptisma suscipere ? Tunc ex familiaribus aliquem sub lecto , ubi cadaver jacebat , latitantem , ipsius nomine clamitasse , se id maxime velle ; quo semel dicto , profiliabat ex latebra theatricus actor , ut pro mortuo vicarius acciperet baptismum. Jure (c) explodit talem histriorniam vir sanctissimus. Neque id tantum , sed etiam huic ex Paulino textu patrocinium quaerentes deridet , falsaque hanc esse interpretationem adseverat , nulla traditionis Epiphanianae ratione habita , cui suum , quem modo vidi mus , commentarium substituit. Enim vero fatendum est , interpretationem hanc ; licet antiquitate simul & perspicuitate commendetur , complurimis difficultatibus premi.

1°. Enim

(a) In haeresi Cerinth.

(b) Chrysost. ad I. Epist. ad Cor. Homilia XL. init.

(c) Εἶδε τὸν καρπαχέλωτον τὸν πολὺν ἀφ' ἣν πρὸς ταῦτα ἀντίστησεν ἄξειν ; αὐτὸν οἴμεν.

1º. Enim quotquot vicarii baptismi documenta proferuntur, ea non supra secundum a Christo nato saeculum adsurgunt. Nec Pauli aevo eum morem fuisse ullis indicis constat. Tribuitur quidem (*a*) Cerinthiis & Marcionitis; verum harum sectarum primipilis Marcioni & Cerintho, neutquam liquet fuisse probatum. Argumento sit, nunquam illis tale quid exprobratum fuisse, cum tot caeteroquin conviciis eos onerarent antiquae Ecclesiae Patres. Certe Marcionitarum factum non sic exhibilasset Chrysostomus, si ex certa Traditionis fide morem ab Apostolorum aevo traductum comperisset. Multo minus inde proclivem satis Paulini textus exegesis explosisset. Magna proinde suspicio est hujus potius δυσερμηνειας, ut alias saepe accidit, joculari consuetudini occasionem praebuisse, quae inde falsum antiquitatis colorem traxerit, quo Epiphanius deceptus est.

2º. An

(*a*) Inconditum & insulsum morem forte traxerunt ex facto Judae quod 2. Maccab. XII. 44. laudatur, qui expiandis suis, qui in pugnae ceciderant, hostias λατρειας obtulerunt. Unde pius auctor hujus libri argumentum ducit pro resurrectionis fide, Paulino nostro plane simile. *Nisi enim inquit expectasset hos, qui occubuerant, resurrecturos, πεποδεινον τηληπαδεις οπις τικρων προσενχεις.* Eudem hic scopum habet pro mortuis precari, quod Marcionitis pro mortuis baptisari; ne beatae videlicet resurrectionis spe excluderentur. Posterior haec certo superstitione ad prioris instar efficta fuisse videtur.

2º. An unquam verisimile fiet, Paulum, superstitionis moris mentione facta, ne verbum quidem ullum addere, quo cum reprehendat, praesertim cum tota haec Epistola in Corinthiorum vitia tam libere invehatur, & speciatim corruptelarum omnium, quae in divinum cultum irrepserant, acerbam satis censuram agat. Quis credat, silencio fuisse pressurum Iudicram scenam, qua contaminabatur Baptismi sanctitas, & in meram histrioniam transibat? Certe officio defuisse, & plane Apostolum exuisse foret dicendus, si, talis ἀταξίας mentione facta, nullam ei censurae notam inureret. Quod id in rem suam vertat, quod inde argumentum trahat ex eorum genere quae *ad hominem* vocant, ut errantes ex propria ipsorum praxi convincantur, non equidem intercedo; fecit enim Christus ipse.^(a), fecerant identidem Apostoli, & facere potuerunt, salva Veritatis reverentia. At eundem illum Paulum, qui de profanata S. Coenae institutione adeo acriter castigaverat Corinthios, eos hic, occasione data, ne verbulo quidem admonere culpae suae, nec turpiter adulterati baptismatis postulare, dum ejus usum vicaria viventium pro mortuis susceptione interverterent, illud vero est, quidquid.

(a) V. Supra Dissert. III. pag. 10.

quid alijs videatur, quod facile concoquere non possum.

3°. Obseryandum denique vicarium illud Baptisma non ad vivorum, qui recipiebant, sed mortuorum unice, quorum personam sustinebant illi, utilitatem spectasse. At si yim attendas Paulinae locutionis, non dicit τί ποισοι βαπτιζόμενοι, quomodo debuisset loqui, si illos vice mortuorum baptisatos in animo habuisset: quid faciunt? plane insaniunt, id amicis defunctis commodum intendentes, quod revera nullum est: Sed dicit, τί ποιούσοι; Quid agent? Quo evasuri sunt? Quid iis tandem fiet? Manifesto indicio, Baptismatis, quo de agitur, fructum, ipsos βαπτιζούσες spectare, ipsis unice quaeri, non aliis.

Quae cum ita sint, post discussas dissidentium Interpretum sententias, una restat, quam ultimo loco reservavi, cuique lubens accedo, quia simplicissima videtur & planissima, nec iis, qua caeteras premunt, difficultatibus obnoxia. Aperuerunt (*a*) alii, sed eam

(*a*) Quisnam primus ei auctor fuerit, me ignorare facto; aut plene nomen, si unquam sciverim, excidisse memoria. Tribuit Amyraldus insigni cuidam Theologo, quem nomine non adpellat. Vide scriptum Gallicum cui titulus, *Exposition du Chap. XV. de la prem. Epitre aux Corinthiens.* p. 55. bona frugis refertum. Hanc tamen sententiam Vir magnus rejicit, levibus sane de cassis, quarumque nostra legenti vanitas, uti spero, apparebit.

eam pro meritis illustrare & in bono lumine collocare, ni fallor, neglexerunt. Hanc breviter exponam. Per τὸν νεκρὸν intelligit Paulus ipsum Dominum nostrum Jesum Christum, νεκρὸς πρὸς νεκρῷ ponens, usitata apud nostros scriptores enallage. Βαπτίζεσθαι autem ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, elliptice dictum pro, ὑπὲρ τῶν ὄντων τῶν νεκρῶν. Verba continent argumentum obvium, simplex, validissimum, nec in disputatione, quam totum hoc Capite Apostolus instituit, temere praetermittendum. Desumitur ex Baptismate quo Christo nomen dare, eique se totos addicete profitentur Christiani. Maxima vero hujus argumenti vis est. Si enim mortui non resurgunt, neque adeo surrexit Christus, quid agunt quaequo ejus Discipuli, dum ritu solenni Christi nomine baptisantur? Quid eos inde commodi percipere aut spectare dicendum est? ecquem in eo finem sibi praesstitutum habent? Qui enim rediivum ex sepulchro surrexisse credunt, si sapienter faciunt, quod in ejus nomine baptisantur, seque ei totos mancipant dedicantque; cum eadem opera confidant se bona exitia, quae consecratio suis in celo pollicetur, olim adepturos; eundemque in hac terrena vita sibi praesidio fore, non immitterito exspectant. At si falsum est resurrexisse, quid rerum agent? An aliquid iis in

hodierna vita proderit Magister sepultus, neque diae lumenis aurae reddendus unquam? Futurine post hunc aevi spem aliquam in ejus ope repositam habent, qui resistentus non est? *Tί καὶ βαπτιζόνται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν?* Hominum certe stultissimos existere oportet, qui mortui sic nomen invocant, sacrisque Christianis initiati, a Christi tanquam viventis nutu se totos pendere profitentur. Ecquid ab omni ratione alienum magis extogitari potest, quam ei sortis & fortunarum suarum arbitrium permettere, ejus sc̄e in fidem & clientelam dare & cultui dedicare, tanquam Numinis aliquius, (haec enim omnia susceptum in Christi nomine Baptisma complectitur,) qui semel morte extinctus, nec vitam recuperavit, neque unquam est recuperaturus? Quod si, ipso servatore arguente, cum se Deus aliquius hominis Deum nuncupat, inde efficitur, talem hominem, si mortem oppetierit, vitae saltem quondam esse restitendum, *quia Deus mortuorum non sit, sed viventium;* firmiori adhuc ratione concluditur, viventem, non mortuum esse opportere, cui Christiani omnes, tanquam sanguinatores Deo, per Baptismi solennia consecrantur. Obiter Lectorem hic admonitum velim, hoc Christi dicto Paulinum locum haud parum illustrari. Quando enim Deus ait

ait Matth. XXII. 32. οὐτις ὁ θεὸς οὐδὲ
κύρων αλλὰ ζώντων, mens ejus postulat, ut
illud κέρπων intelligamus non de mortuis
simpliciter, aut iis qui semel obierunt, nam „
de quibus sermo est, Patriarchae mortem
jam dudum oppetierant, sed de iis qui in
mortuorum statu & conditione sic perseve-
rant, ut nunquam sint revicturi. Eodem pla-
ne sensu noster usurpat vocem κέρπων, eos
scilicet intelligens, non qui semel sunt
mortui, sed sic extintos, ut nullus iis ad
vitam sit reditus exspectandus. In cuius no-
men Christiani baptisantur, is mortuus qui-
dem fuit, sed mox a morte vindicatus. Ve-
rum si resurrectio nulla foret, miseri illi
tingerentur υπέρ τῶν κέρπων ζωτῶν, quod lon-
ge aliud est.

Quod autem expositio nostra ellipsis ad-
mittat, & praeterea enallagm pluralis pro
singulare, neutrum offendere debet, cum
nec a consueto loquendi more recedat, nec
a nostri scriptoris stilo alienum sit. Et ut
primum de ellipsis; Βαπτίζεσθαι υπέρ κέρπων,
idem valet, ac υπέρ ονόματος κέρπων. Quem-
admodum eis χριτόνοι vel eis Μουσῶν βαπ-
τιζόνται Rom. VI. 1. Cor. X. 2. Nihil
aliud notat, quam in nomine Mosis aut
Christi baptismum suscipere. Quod phrasii
integra, Βαπτίζειν eis τὸ ονόμα τατρός νικ
καὶ ἀγία πνεύματος Matth. Cap. XXVIII. & 1.

ad Cor. I. 15. τοις τοις ὄντος ἑράκλειον.
 Vides analogiam manifestam. Sed adferam
 aliquid amplius. Habes ellipsin huic nostrac
 plane geminam, Philip. I. 29. ὑπὲρ χριστὸς
 τάχα, quod plenius effertur Acto. IX. 16.
 ὑπὲρ ὄντος χριστὸς τάχα. Unde tuto in-
 ferre possis, ὑπὲρ χριστὸς βαπτίζεσθαι idem
 sonare, quod in ejus nomen, honorem,
 gloriam baptisari; & ex stili sacri analogia,
 alteri illi locutioni, εἰς χριστὸν βαπτίζεσθαι
 aequipollere. 2°. Ad enallagen vero quod
 spectat, qua, ut Christum significaret, νεκρῶν
 pro νεκροῖς posuit, ea in S. codice frequens
 occurrit (*a*). Si tamen enallage potius est
 dicenda, quam is orationis flexus, quem in
 omni fere idiomate usurpant, qui rem sin-
 gularem periphrasi signare malunt, quam
 diserte nominare. Gallico idiotmate sic op-
 time expressis: *pourquoi se faire baptiser au nom de gens qui sont morts?* *Vel au nom de certains Morts?* τῶν νεκρῶν
 Quod praescerit nostro loco Paulus plurali
 numero usus fit, causa est in promptu.
 Nempe quoniam in ratiocinationis serie fe-
 qui debebat, εἰ οὐλως νεκροὶ σὺ εὑσπορτᾷς. Si
 om-

(a) Exempla duo tantum e multis proferam. Matth. II.
 20. Angelus ait Josepho τελεῖσθαι αἱ ζεῦς τὴν γόνην το-
 γενέα. Quod de uno Herode intelligitur. Runes Marci
 XV. 32. αἱ οὐδισαμέναις οὐραὶ οὐδικαὶ οὐραὶ, quod de
 altero tantum e latronibus crucifixis, verum fuit.

omnino mortui non resurgunt; proclive fuit ut posterius *rex pōi*, quod animo obversatur, ejusdem vocis similem in priori sententiae parte flexionem traheret. Quod si quis paulo morosior hanc enallagen nihilominus repudiandam censeat, tanquam duram & insolentem, quaeque Pauli sensum nimia obscuritate involvat, cum adeo promptum fuerit planius & absque tilla ambiguitate loqui, adhibito singulari *rex pōs*; ut id quoque offendiculum amoveatur, ipsurn libentes appellemus judicem, posito Apostolum integra locutione scriptisse, ἐπὶ τῷ οἰκονομοῦ οἱ βαπτιζόμενοι υπὲρ ὄντων τῶν *rex pōw*? cur ea legens quisquam dubitet per τὸν *rex pōs*, Christum indigetari, aut tali enallage sic offendatur ut de Paulina mente suspensus haereat? Ipsa baptismi mentione, & tota praecedentium versuum, circa Christum e mortuis suscitatum, nec tamen suffitandum unquam, si mortui non resurgent, disputatione admonitus. At cur magis nunc haereas in verbis, prout revera jacent, enodandis, causam equidem video nullam, cum jam ostenderim hanc phrasin υπὲρ *χριστῶν*, pro υπὲρ ὄντων *χριστῶν* promiscue usu venire apud N. T. scriptores.

3. Nec scrupulum moveat aliquam, quod Apostolus de hujus baptissimi participibus in tertia persona loquatur: et si haec plurimos in

in errorem egit, qui inde perperam collegerunt, non universis Christianis communem ritum, sed peculiarem nescio quem quorundam indicari. Nam οἱ βαπτιζόμενοι dixit indiscrete, quemadmodum ante dixerat, οἱ κοιμηθέντες εἰς χριστόν, pro quibusvis eorum, qui professioni Evangelicae sunt immortui; non certos homines a caeterorum fidelium communitate secernens. Variarum certe de hoc loco sententiarum momenta accuratius paulo pensiculanti, quam ultima haec caeteris praestet, apparebit liquido, sive argumenti in se spectati pondus adtendas, sive mirum cum antedictis nexum respicias. Et argumentum quidem a Christianorum communione Baptismate desumptum, tam appositum ad rem praesentem, tamque obvium cogitatu fuit, ut miraculi instar foret hoc a Paulo omissum fuisse. Nam ut beatam resurrectionis futurae spem afferat, & nascentem apud Corinthios haeresin jugulet, quid non agit? quoniam argumentorum genere non armatur? Apostolorum suumque ipsius, quod acceperant Corinthii, testimonium appellat, de Christo sibi post resurrectionem viso. Ipsum Evangelii, quod amplexi fuerant, praeconium inclamat: Nisi huic dogmati firmiter adhaereant, actum esse de eorum fide, spes omnes evanuisse, periisse qui in domino obdormierunt. Tum

fū

si mortuorum resurrectio non sit, frustra se suosque commilitones, frustra cunctos Christi Discipulos tot labores exantlare, perfere tot aerumnosa, tot horrenda suppicia perpeti, tam multiplices miserarum mortuum facies imperterrita animo contueri; sic fore omnium hominum stultissimos & miserrimos, qui Christo nomen dederunt. Ad hunc argumentorum cumulum unum quid deerat adhuc; ratio nempe a Baptismo positâ, quae & nostra in Christum e mortuis suscitatum fiduciae tessera est, & authentica professio Christiani dogmatis de altera vita, & beata corporum resurrectione.

Deinde ne quidquam amplius remaneat dubitationis, quid per τὰς νεκρὰς in hoc commate intelligi debeat, docet evidenter nexus, quo cum versibus 20-22. arctissime cohaeret, ut particula causalís ἐπει fatis indicare videtur; caeteris, de ultimo Christi adventu, per parenthesin interjectis. Si Christus non resurrexit, ita disputat Apostolus, quicunque in ejus fide obierunt, de iis plane actum est, ἀπώλοντο. At vero Christus ἐγένεται ἐκ νεκρῶν, factusque est primitiae dormientium; in eo omnes ζωοποιήσονται. Tum pergit novo rem arguento confirmaturus. Quippe (si non resurrexit Christus) quid facient βαπτίζαμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, qui baptisantur in nomine ejus, qui

qui non resurrexerit? Uti prius dixerat vers. 18. nisi Christus resurrexit οἱ κοινηθέτες ἐν χριστῷ ἀπόλοτο; nunc absurdum alio absurdum aecumulans, si res ita sit, inquit, *quid facient οἱ βαπτιζόμενοι?* Nam alibi Paulus diserte docet; nos baptisari εἰς χριστὸν θάνατον, proinde etiam in ejus resurrectionem; certa cum ipse nos, sicut prioris, sic & posterioris fore participes Rom. VI. 5. Mors enim Christi nos nihil juvat, nisi subsecuta fuerit resurrectio: vide Romi. IV. 25. Tum vero sic nostri commatis verba arctius neci possunt, ut magis totius argumenti vis elucescat, in hunc modum. Quid facient qui baptisantur mortuorum nomine? Nam pro mortuo simpliciter Christus est habendus, si omnino mortui non resurgunt: ἐπεὶ τί των ισχυόντων οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲγε τὰν υπόποντα [οὔτων], εἰ δέκας υπονοί σὺν ἐγείρονται (Eadem plane sententia dixerat vs. 15. *quem Deus non resuscitavit, si mortui non resurgent.*) Quid iis jam prodest in hominis extincti & aeternum οἰχομένες, nec amplius unquam exituri, nomine baptisari? At vero hujus instituti ratio longe aliud docet. Hoc enim non folius mortis Christi, sed resurrectionis memoria renovatur, quo triusque participes siamus, ut ipse Paulus loco modo laudato diserte admonet.

Ut autem robur argumenti hujus, duci

a solenni Baptismo, quem in nomine Christi suscipimus, magis appareat, observandum est, aut hunc ritum nihil prorsus significare, & pro inani, quae nullius sit usus, caerimonia habendum; aut ejusmodi fidem includere, quā Christum ut Veritatis Magistrum e coelo missum amplectimur, nosque in ejus Disciplinam totos quantos tradimus. Quod si is falsa docuit, promissis non stetit, ea de se vaticinatus est, quibus minime respondit eventus, sane agimus absurde, nosque cuivis fano ridendos propinamus, si talem postea ritum usurpemus. At Christus non aliam modo ab hac nostra vitam esse docuit, sed resurgendi Discipulis spem fecit; vaticinatus insuper, ut hanc spem certius obsignaret, se tertia post obitum die, praeclarum iis omnibus venturac fortis exemplar, fore redivivū. Quod si e contrario Corinthiorum haereticorum sententia vera est, neque adeo resurgunt Mortui, Jesus inde esse fraudis Doctor arguitur, qui & vana docuerit, & spem nobis datam fefellerit; nulla igitur amplius causa superest, cur ei adhaereamus, ejusque sectae initiemur, πέπτε αὐτῷ βαπτιζόμενοι.

Similem equidem ritum, Pythagorae aut Socratis, aut cujasvis ex antiquis Gracciae Sophis Discipuli, haud absurde usurpare poterant in honorem quisque fundatoris sectae suac,

suae, quo ejus memoriam celebrareat, & doctrinæ ex ipsius ore haustæ flagrantissimum amorem testarentur; licet ab ipso jamdudum extincto nihil amplius scirent exspectandum. Nam quod Socrates aut Plato nunquam sint a morte suscitandi, nihil id impedit, quo minus vera & præclara docuerint, eorumque nomen grata recordatione recoli oporteat. Scilicet aliquid ejusmodi per baptismatis usum intendisse credibile est Pauli adversarios, nec sibi proposuisse quicquam amplius, quam ut Christo idem honoris tribuerent, quod Pythagoræ aut Platonii volebant eorum Discipuli. At haud temere sic evadent. Neutiquam enim eodem numero cum Graeciae sophis censeri potuit Dominus Jesus, qui inter præcipua doctrinæ suae capita alteram vitam & resurrectionem posuit. Is si inter mortuos remansit, Parthis mendacior deprehenditur, atque hominum deceptor, ac proinde indignus omnino, cuius nomini ullum reverentiae signum Discipuli exhibeant; imo qui ullos habeat Discipulos. Sic mandaverat Apostolis Christus in coelum avolaturus.
Docete omnes gentes, μαρτυρώσατε τά ἔθνη, baptisantes eas in nomine Patris & Filiī &c. Sed si ἀράγοις nil nisi somnium & fabula est, ô Christianos fatuos! Quid enim? Tí ἐτι βαπτίζοντες ὑπὲ την πόνησιν

D I S

DISSE

R T A T I O

O C T A V A.

*Locus Petri 2. Epist. Cap. III. ¶ 8.
illustratus, ubi nonnulla quae ad ge-
nusnam Aeternitatis notionem perti-
nent, obiter disputantur.*

INcrepat in priori hujus Capitis parte Apostolus Petrus vanum & audax hominum genus; ἐμπαῖχται ipsi seu *irrisores* vocantur. Quorum uti nostram actatem fecrassimam dolemus, sic eos jam Apostolorum saeculo orbem infestasse & luc horrenda commaculasse apparet. Hi cum *libera se*-*se*, si Deo placet, *ingenia* profiterentur, in Deum opt. Maximum, nec minus in Rationem humanam injurii, omnem Religio-
nis metum subjeciebant pedibus, neque ulla veterum Prophetarum, aut Apostolici ser-
monis reverentia tacti, exspectationem pio-
rum de ultimo Judicio, poenis aut prac-
miis, cuique pro factorum merito tribuen-
dis, & universa denique rerum instauratio-
ne, subsannabant: cuiusmodi autem argu-
mentis profani illi immanitatem suam tue-
rentur, refert Petrus vſ. 4. *Ubinam est,*

Q ajunt,

ajunt, (a) *promissio adventus ejus?* Ex quo etenim patres obdormierunt, omnia perstant prout in mundi principio constituta fuerant. Hic facile agnoscis neotericae impietatis cavillos. Neque enim alia aut validiora nunc quam olim tela aut praesidia habet. Eandem semper, si bene advertas, cantilenam occinit. Naturae nempe legem immobilem perstare, nec a rato ordine & consueto decursu ulla unquam vi deflexuram. Mundum (b) necessitate quadam sapientissima per statas rerum vices continuo volvi, & qualis ab aeterno fuit, sic in aeternum perseveraturum & sicut idem Patribus visus est, qui nobis, non alium a nepotibus

COPT

(a) Confimili plane modo argutabantur veteres illi ἄποιναι apud Judacos Esiae V. 18, 19. & Ezech. XII. 22. hoc tanquam παρομοίᾳ dictum usurpabant, prolatusun-
tis διὸ οὐκις κατέπειται. At vide quae contra regerit Deus ib. a. y. 23. ad 28. ad quae respicere Petrum existimat Discipulos adtendere jubet y. 2. ad verba sanctorum Propheticarum.

(b) Mundum neque ortum habuisse, nec interitus unquam docuerunt Xenophanes, Melissus, Parmenides, de primo sic Plutarchus apud Eusebium Praep. Evangel. I. 8. Οὐτε γένηται φύσις, οὐτε λόγος, τοῦ πάντων οὐδενός. Idein refert Theodoretus Therap. IV. De reliquis disserit Aristoteles de Caelo dicit. I. Οἱ μὲν αὐτῶν φύσις διατήσθη τῇ φύσει τῇ γένεται φύσις, τῇ φύσει τῇ στατη, οὐλακούσιον δοκεῖ οὐδὲν εἰ τῷ Μέλιτερῳ τῇ παραμείδῃ. De Platone in dubio res est. De Aristotele adfirmsat Tullitis Acad. Qu. II. 38. Ocellus Luc. de Natura Univ. p. 8. οὐλακούσιον καὶ αὐτὸς τῇ αστέρων Διατελεῖ τῇ λόγῳ τῇ φύσει τῷ αὐτῷ καὶ αστέρων Διατελεῖ τῇ λόγῳ τῇ φύσει τῷ αὐτῷ.

conspectum iri. Unde sequi contendunt, quicquid de miraculis, aut divina revelatione ad homines facta, aut qualicunque interventu Numinis, ut opus a se conditum emendet, aut intervertat, aut renovet in Scripturis narratur, mera esse somnia, & delirantium ludibria.

Noster autem quid agit? Ut hanc ingruentis impietatis labem a Christianis procul arceat, eosque ad Religionis hostium insultus repellendos, & frangenda tela validissime instruat, primo totius, qua Iudicatores isti laborant, intemperie fontem apertit, pravorum scilicet affectuum corruptam & cupiditatum impotentiam, quae faciat ut in re omnium maxime seria ludant, & quae ex auctoritate, tam Prophetica, quam Apostolica, summum improbis terrorem incutere apta nata sunt, jocos & delicias faciant. Ελεύσονται ἐπ' ἔχατω τὸν ἡμέραν ἐμ-
πλάκατον, καὶ τὰς ἴδιας αὐτῶν ἐπιθυμίας πο-
ρεύομενοι &c. Dein eorumdem inficitam exagitat, & quidem voluntariā. Λαζάροι αὐ-
τοῖς τῷτο θέλοντας. Quid vero latet ipsis id ignorare volentibus? quaenam illa lux est; ad quam dedita opera caecutiunt? Nimirum illa quae non ex Rationis solum penetralibus, sed ex indubitate Patriarcharum traditione in universum hominum genus emanauit. Mundum initium habuisse, Deum

Q 2

que

244 D I S S E R T A T I O

que hujus esse opificem; Orbem nostrum terraqueum ex tenebricoso chao & mediis aquis, potentibus Numinis imperiis emersisse; (a) in fine demum saeculorum flammis absumendum, ut ex ruderibus plane novus integretur. Talia olim a sacris vatibus decantata, & jam Christi Apostolorum ore plenius tradita, cum tantis auctoribus fidem invenire mereantur, eo firmius nos in animum nostrum inducere aequum est, quidquid contra obloquatur impietas, quod ipsa Ratio suadeat, quaecunque ortum habuerunt, ea quoque iaterire posse, nihil in eo absurdum inest, si quod opus Deus coagimentavit, illud postmodum dissolvat, aut collapsum & depravatum nova ratione instauret. Eadem clamat Ratio, cum omnipotens Mundi rector hominum genys condiderit, intelligendi nostris mentibus lumen accenderit, libero insuper praediderit arbitrio, ac praeterea vivendi certam normam praestuerit, exspectandum esse ut de nobis omnibus aliquando judicium instituat, bonos ab improbis secernat, illos praemiiis remunetur, ab his debitas poenas repetat; denique hu-

(a) §. 5, Favet hic locus hypothesi doctissimi Th. Burnet circa Mundi ante diluviani & terrae Paradisiacae, quam vocat, fabricam & constitutionem. V. *Telluris theor. Sacr.* Lib. I. C. 4. & 5. Lib. II. Cap. 5. Item Swinden *inquiry into the nature and place of Hell.* p. 68. &c seq.

humani generis satorem & Parentem dece-
re, ut externa adspectabilis orbis facie reno-
vata, novam quoque & praestabiliorem ho-
minum societati formam indat. Et haec
quidem tam naturali Rationi consentanea,
tam infinitae sapientiae suae congrua, Deus
primum per Prophetas a se missos, & de-
imum per Filium unigenitum, ac Aposto-
los ministros, ejus mandatis instructos di-
serte pollicitus est. Quam promissionem
ἀποκαλαγάσσεις τάχιστη, ut spei Christianae
summam, ii quos adloquitur Petrus todo
animo amplectebantur. Sed eorum tamen
fidem non nihil labefactabat, quod oraculo-
rum impletionem, quam propius instare
fuerant rati, in dies proferri cernerent. Un-
de amplior etiam occasio dabatur profanis
τῶν ἐμπαιχτῶν dictariis, spei Christianorum
illudentium.

Quod offendiculum ut praecidat Petrus,
duo in primis monenda censet. 1. Promis-
sorum dilationem nullam proprie in Deo
moram involvere, quasi aut factarum oblitus
sit, aut in iis ad effectum perducendis re-
miissus se gerat, aut a pristino incoepio aliis
curis avocetur. Quae omnia in nos homines
cadere possunt, in Deum minime. Nimi-
rum si mox non adventat ultimi judicii
dies, si ad remotiora tempora protenditur,
in eo agnoscere fas est Dci longanimitatem

erga peccatores (*a*) quos ad resipiscendum patientia provocat. Cum enim omnes salvos velit, non statim improbos vitiis immersos Mundi ruina opprimenti consultum dicit, aut ad suum tribunal fisti, ut inde lata sententia meritis suppliciis tradantur, sed locum dat & spatium poenitentiae, quo coelestis vindictae minis permoti, & tremendam iudicij diem eminus prospicientes, mores tandem emendent, atque ad bonam frugem redcant. Ea est sententia versu 9º inclusa, quam sequentibus confirmat; Diei illius improvisum adventum ut jam ante fecerat Christus Dominus, furi nocturno comparans. Tum coeli, terrae, elementorum omnium subitam conflagrationem cum horrifICO stridore conjunctam edisserens; quac omnia longe praemonstrata, salvificum quidem terrem peccatori injicere, at ingruentia, non nisi certum exitium adferre queunt.

2. Sed palmarium responsum, quod & Christianis omnem scrupulum de dilata oraculaum impletione eximere debet, & simul malesanos Profanorum cavillos obruit, petit Apostolus ab aeternitate Dei. "Εν δὲ τῷτο μὴ λαθανέτω ὑμᾶς ἀγαπῆσθαι, ὅτι μία ἡμέρα (*b*) παρὰ κυρίῳ ὡς χίλια ἔτη, καὶ χίλια ἔτη

(*a*) Praeclare Augustinus. *Vis esse longanimis! Vide aeternitatem Dei.*

(*b*) Sententia ex Psal. XC, 4. Manifesto desumpta. Unde etiam

ετη ὡς ἡμέρα μία. Meminisse vos oportet, dilecti, quod una dies apud Dominum mille annorum instar sit, & mille anni quasi una dies. Penitus expendi oportet id argumentum, ut pernoscamus, quae vis ei insit & quantum ad diffandas temerariorum hominum contra divinam providentiam objectiones valeat. Haec nimurum Apostoli mens est: Nos mortales infirmitatis nostrae parum conscientes videri, quoties de consiliis infinitae Mentis judicium nostrum interpolamus, aut ejus opera modulo nostro metiri, & sua cuique tempora definire praesumimus. Namque Deo aeterno, quae nobis heri demum natis, aut nudius tertius, longissima temporum intervalla censemur, pro momento & ἀκαρπῇ temporis puncto haberi debent. Illi certe qui cum semper existiterit, principio existendi sicut & fine caret, illi inquam perinde est, utrum una dies, an mille anni effluxerint; Mille anni & una dies, ad immensam ejus & inexhaustam existendi vim collata, tamquam idem, id est, aequae pro nihilo reputantur; quoniam neutrum vel minimam cum sempiterno aeo proportion-

etiam haustum R. R. dictum in Gemara, *Sanhedrin* & *Midrasch Tebillim*, קבָה כַּאֲלֵת שְׁנִים qui ex traditione illud de ultimo iudicio usurpabant. Nec putem cum J. Medo Op. p. 611. Petrum a Magistris deprompisse, cum utriusque ex eodem fonte hauseriat.

Q 4

portionem (*a*) habere concipiatur. Tum infinita illa Mens cum omnia norit, cunctos quos immensa saeculorum series evolvit rerum exitus uno intuitu cernat, atque omne opus suum complexa singulas ejus partes propriis intervallis distinguat & sapientissime digerat; consequitur ipsi nihil serum, nihil citum, nihil festinum aut tardum; nosque talpa caeciores temerario ferri judicio, cum divinarum promissionum cunctationem incusamus, quas, justis de causis dilatas, idoneo tempore exhibendas decrevit. Et haec quidem, ex vulgari circa aeternitatem divinam notione, satis commode sensui horum verborum elucidando applicari possunt.

Sed nisi omnia me fallunt, longe sublimior sententiae Petrinae intellectus subest, ex accuratiori aeternitatis idea haustus. *Una dies apud Dominum mille annorum instar, & mille anni tanquam una dies.* Nil profecto expressius dici potuit, ut summi Numinis existendi modus significetur.

Nam

(*a*) *Omnia ista, perinde us cuique data sunt, pro rata parte aut longa aut brevia dicuntur. Apud Hypanim fluvium, qui ab Europae parte in Pontum influit, Aristoteles ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Ex his igitur hora octava quae mortua est, proiecta aetate mortua est: Quae vero occidente sole, decrepita; eo magis, si etiam solsticiali die. Confer nostram longissimam aetatem cum aeternitate: in eadem propemodum brevitate, qua illae bestiolae, reperiemur. Sic scire Tullius Tuscul. I. 39.*

Nam infinita illa existendi vis cum partibus careat, sitque aliquid simplex duntaxat & unum, omnem ex duratione rerum creatarum mensuram desumptam respuit. Minime igitur, si recte rem putamus, figurata oratione uti Apostolus censendus est, sed vere ἀχριστογεννωθαι. Una dies enim & mille anni, si ad Deum retuleris, plane idem sunt; cum utrumque aevi spatium eandem, id est nullam omnino, ad aeternitatem Dei ἀόριτον χρήματα rationem habeant. Quod si aeternitatem hanc, per succedaneam momentorum seriem, sicut principio, sic & fine carentem, definias, vide quam dilutum huic sententiac sensum adfingas, quantoque intervallo infra nativam, quae verbis inesse videatur, vim subsidat. Verum quidem erit, mille annorum curriculum, majorem ad aeternum aevum, sic intellectum, proportionem non habere, quam habet spatium unius diei; neque illa magis, quam hac mensura, infinitam durationem exhaustiri posse. At si haec tamen aeternitas partibus distinctis contineatur, falsum erit nihilominus, plane idem esse Deo unam diem, ac sunt mille anni. Quid! si hanc de aeternitate sententiam foveamus, an aequo, ipso inquam Deo aestimatore & judice, propinquum dicemus, quod post mille demum annos continget, ac illud quod cras futu-

Q 5 rum

250 D I S S E R T A T I O

rum est? Nonne quod nudiis tertius evenit, recentius evenisse propriusque abesse Numinis revera videbitur, quam quod sub ipsis Mundi natales contigit? Et quando de promissoram impletione hic Apostolo sermo est, ob quorum dilationem queruntur homines, Numinis cunctationem accusantes; an diffiteberis; tardius ab ipso Deo promissorum fidem exsolvi, si eam post milie detum abhinc annos praestare decrevit, quam si crastina die exhibeat? Noh nobis tantum, sed & ipsi Numinis certe, ex duabus hisce temporis intervallis, dum ambo futura sunt, unum altero remotius videri necesse est; unum citius, alterum serius venire. Verum si cum Boëtio statuerimus, aeternitatem Dei nihil esse aliud, quam *interminabilis vitae totam simul & perfectam possessionem*, cui (a) nihil futurum, nihil praeteritum, nullae partes sint, aut partium vices: si semel cogitemus, Deum omnia temporum discrimina uno velut intuitu cernere, atque necessitate existendi infinita haud minus omnibus simul saeculorum intervallis, quam spatiorum locis dissitissimis, praesentem adesse, absque ulla naturae similitudine, et ulla ratione multiplicis.

(a) Οὐαὶ μὲν τῷ χρόνῳ τὸ πάσχει, καὶ τὸ διέσθει, κατὰ τὴν παρωχηκόντας αἰκαρίοντας τυλίγεται Clem. Alex. Lib. I. p. 298, Ed. Pott.

plicis divulgione, aut existendi vicibus; tum luculenter patebit, Deo qui promittit simul & promissa implet, cui nil citum, nil serum, nihil prius aut posterius habetur, perinde esse, utrum unam diem, an mille annos numeres; licet nobis homuncionibus id plurimum interfit.

In eo autem, si probe advertas, vis omnis hujus responsonis sita est, qua impiorum Petrus cavillis occurrit. *Ubinam*, inquiunt, *promissio adventus ejus?* v. 4. Quid cunctatur tam diu pollicitorum fidem liberare? quae quidem semel constituti negotii retardatio, inter homines aliqua suspicione non caret. Cum enim res in longum duci, dies labi, annos effluere, necdum tamen pollicita impleri cernimus, tunc morarum pertaesli, promissoris vanitatem & inconstantiam arguimus, illumque dictorum immemorem, aut pendentem animi, & nulla nobis, quae erat pollicitus, praestati di cura tactum merito suspicamus. Quidni vero faceremus? Is nempe eadem prorsus qua nos conditione vivens, suam fidem jam ante aliquot annos obstrictam meminit, necdum liberatam probe novit, eodemque nobiscum, circa temporum mutationes, & praeteriti, praesentis, ac futuri discrimina; sensu adficitur. Unde si promissa differat, procrastinatorem dicimus, qui moras necitat, ac dubio

bio animo cum esse, aut sententiam mutasse, aut promissorum oblivisci perhibemus. At minime haec in Deum quadrant, quamquam homines cunctationem vocant, ea iudice Apostolo apud Deum nulla est vs. 9. Nam mille anni instar unius diei ipsi sunt. Ne quaeso, ait Petrus, Deum ex homine aestimes. Neque enim ipsi Deo, quemadmodum nobis, promissa ejus praeterita sunt, eorum vero implementum futurum; sic ut ipsum longa intercapedine labentis interim aevi adfici necesse sit, ac longiorem breviorrem moram persentiscere. Ille quidem certis temporum articulis, prout sapientiae consultius visum est, operum suorum seriem adligat; adeo ut quae semel futura denuo nuntiavit, post multorum saepe saeculorum decursum demum impleat. Quo uti proborum obsequium, fidem, patientiam exercet, sic improbis resipiscendi spatium misericordia ductus tribuit. Dum autem ea ratione se gerit, non solum a propositis non deflectit, sed ne cundatur quidem. Quippe cui illud temporis momentum, quo homines sibi aliquid spondentem audiunt, id minime antecedit, quo pollicita effecta dat, ut unum ipsi prius, aliud sit posterius. Sed cum magnis duo haec temporis puncta, quod ad nos pertinet, intervallis distent, aequae tamen Deo infinito & aeterno sunt praeSENTIA. Neque enim

enim humano more Deus, certa quadam temporis particula circumscriptus, & in hodierno (verbi gratia) die existens, alium diem, ab hodierno nostro certa quadam & definita temporis mensura discretum, tanquam futurum exspectat, aut e longinquo prospicit, in quo praestiturus aut visurus tandem sit, quod nunc actu nondum agat aut videat; sed ipse cum infinite existat, nullis temporum articulis illigatus & conclusus, omnes res aut a se, aut ab hominibus effectas, quae variis temporibus, utpote finitae ipsac, includuntur, absque ullo discrimine sibi praesentes actu perspicit, unoque obtutu complectitur.

Sic habendum profecto, eandem scientiae divinae, quae existentiae, rationem esse; cum intelligendi modus modum existendi necessario sequi debeat. Utriusque apud Deum mensura eadem aut potius nulla est; & in infinita ipsius existentia, scientiae quoque vis, quae nullis limitibus cohibetur, suum fundamentum habet. Unde minus mirandum, quando illa mentibus nostris apprehendi nequit, hanc quoque, scientiam divinam inquam, altiorem esse, prout olim observavit Psaltes, quam ut ad eam mentis acies pertingat. Quis etenim, etsi omnes cogitationis nervos intenderit, concipiat, aut imaginando adsequatur Mentem actu exi-

existentem, quae tamen omnis temporum successionis expers sit, quae praesenti, quod vocamus, momento non includatur, neque per praeteriti, instantis, futuri vices, durationem suam extendat; sed sic omnia labentis aevi, & fluentium saeculorum spatia complectatur & impletat, ut non in hodierna die, inter hesternam & crastinam posita, media existere dici possit. Contra & crastina & hesterna ei sic adsit, ut nobis adest hodierna. Hic existentiae divinae modus, ut a nobis nullo pacto concipiatur, est tamen verissimus, cum ad infiniti Entis naturam necessario pertineat. Idem de divina scientia agnoscendum. Intelligentiam nempe humanaam longe lateque superat facultas illa, qua Deus res omnes perspectas habet, & quaecunque facta sunt, fiunt, futuraque sunt, simul omnia mente complectitur, nec aberrante unquam oculo cernit, (a) Nobis sufficit ut sciamus talera Numinis scientiam certissime inesse, adeoque ipsi naturae rerum non repugnare. Satis est, ut ostendere possimus, nihil nos ànūc-

(a) Vide sa notam Clerici ad Jerem. XXXI. 3. ubi observat tempus illud, quod cum aetatis humanae spacio collatum longum dicitur, Deo aeterno & futura, quasi praesentia forent, videtur, breve esse; melius reputaturus, si cum Plutarcho, quem laudat, dixisset, νοῦς γε τὸν τῷ αἰώνιῳ πίσταν διεγέρει τὸ μηδὲ σῆμα. Adde quae idem Vir doctissimus commentatur ad Jerem. XXXVI. 3.

sur defendere, quando eam Deo tribuimus. Quod quidem optima ratione praefabitur, si dicamus, Deo aeterno futura tam actu videri, quam nobis praesentia. Contingentia enim cum eiusmodi sint, ut in suis causis cerni nequeant, ut pote aequam ad operosita operanda vim habentibus, in se, dum actu existunt, perspici necesse est, aut nusquam. Nobis autem quibus nondum sunt, non patefiunt, adeoque nobis non sunt certo futura; nisi forte pateficerit Deus, quo in casu, fide quidem divinum testimonium amplexi, illa futura esse credimus, sed vera scientia non percipimus. Cum contra Deo, cui nullum futuri & praesentis discrimen, actu praefeo sint. Adi, si vacat, *Baëtium Consolationis Philosophicae* libro V. Prosa 6. Cui addi potest, eidem sententiæ suffragatus, & eam luculentius adferens *Lud. Vives de Ver. Relig. Christ. Lib. I. Cap. 10.* eius e fusiori tractatione tantum haec verba excerpam memoratu digna. *Quod non intelligamus divina, inquit, ea praeципue causa est, quod de Deo sentimus nimis humane, & illius tempora metimur ut nostra. Nisi quis enim se ad considerationem erexerit aeternitatis, ut illam universam, quatenus fieri potest, complectatur cogitatione & mente, impie in multis sentiat &c. In aeternitate nec prius est nec*

nec posterius, nec ante nec post. Omnia sunt nunc, etiam multo magis quam explicari sermone ullo humano potest. Quin etiam hoc nostrum Est, vix Deo congruit. Ut Plato affirmat in Timaeo. lib. p. 122. Qui ad hanc se cogitationem atque intelligentiam non sustollit, ne cogitet quidem de Fato aut de Providentia Dei, aut verbum omnino faciat, nam perniciosum hoc illi fuerit, si humana mensura aut etiam Angelica Deum velit metiri &c. Et quae plura ibi disputat acutissimus scriptor, ut divinam tum Providentiam vindicet a Profanorum cavillationibus, tum omniscientiam afferat.

Atque ipsissima illa est genuina, ut nobis quidem videtur, aeternitatis notio; ut poterit ex Entis infiniti & absolute perfecti natura sponte fluit, nec minus quam ipsa immensitas ad illud pertinet. Qui enim infinite existit, uti omnibus locorum intervallis, absque substantiae simplicis divulgatione, aut expansione, sic cunctis temporis labentis partibus nullam propriæ existentiae divisionem aut successionem passus, semper praesentissimus adest. Id jam senserunt (*a*) vetustissimi Graeciac Sophi. Quam doctrinam etiam

(*a*) Juxta Zenonem & Parmenidem, τὸ δέ, seu illud quod absolute *num* est, in tempore non existit, seu vertentibus durationis momentis, qua ratione se ipso antiquius

etiam a Platone, Plutarcho, B. Augustino, Boëtio traditam & illustratam, sequioribus saeculis Scholastici in medium postliminio revocarunt. Eam vero ex scholasticorum pulvere velut excitari magnum operae pretium puto. Quantumvis a plerisque nostri sacerduli ingeniosis contemptim habetur, & quasi vanus scholastici acuminis foetus passim explodatur. Si enim semel illam rite intellectam solidis quibus inititur rationibus contra repugnantes afferueris, perspicies statim, quantas illa tenebras, divinarum rerum scientiac circumfusas, quam facile dispellat; quot quaestionum intricatarum nodos resecet, quotque controversiarum acervos, quae in scholis

qui sunt recentius evadent. Voram ipsi rā nō semper aderat. V. Berkely in Siri §. 351. ubi iaclytum illud Hiberniae lumen nostrae sententiae favere agnoscitur. Quac alium Episcopum Angliae Bramhall adstipulatorem habuit. Is enim contra Hobbiūm tali via praeſcientiam divinam cum libero arbitrio conciliare adgressus est; Deo nempe, cui omnia præſentia sunt; liberorum agentium actus in semet ipius, non in suis causis perspiciente. V. Leibnits refutat, *Sur le livre de Hobbes* Art. VI. in *Theodicée* p. 432. Cui magnitudinem Virorum choro merito adscribitur eximium Ecclesiae Gallianae decus Benetum Cameracensis Praeful, qui eadem docuit auro suo de existentiis Dei tractatu.

(a) Lege eximium Plutarchi Librum 25. 28. 29. 30. &c. Oper. Tom. I. p. 392. & mirare Ethnicum hominem de Natura divina alijs sapientem quam multi Christiani: quās di ualvās, & mēs, rā dīs &c. Usque ad finem ubi loquitor ex doctrina Parmenidis, quam minus intellectisse Aristotēlem suspicor laudato loco, & ad corporeum mundum traduxisse, quac is circa rā nō seu infinitum in corporeum docuit.

R

scholis magnō strepitu ventilantur in sumum abire cogat. Mysterium esse fateor, quod humanae mentis captum, & Angelicæ etiam supereret, aeternitatem indivisam, quac absque ulla partium vicissitudine omnia tempora impleat, exhaustat, & sinu suo complectatur. Sed si ejus veritas demonstretur, ut in aliis multis obtinet, quae revera esse certo scimus, et si qua ratione fiant minime possimus adsequi] tum I^r. concidit quaestio de aeternitate Mundi; seu ab impiis moveatur, universitatem rerum per se ab aeterno constitisse volentibus; seu a Philosophis Christianis, inter quos reperiuntur qui contendunt, Mundum ab infinitis saeculis per Dei vim omnipotentem creari potuisse, imo, ut nonnullis placuit, ab aeterno conditum; quoniam ipsis indignum benignissimo & sapientissimo Numinne videbatur, ut per aeternum tempus otiosus remanserit. Sed illi omnes ex genuina aeternitatis idea confutantur. Ut enim, quod vere aeternum est, temporis mobilitatem non experitur, aut mensuram admittit; vicissim, quidquid momentorum fluxu & successione perdurat, quicquid existentiae partes distinctas numerat, id quoque existendi principium habere necesse est. Ante conditum Mundum nullum fuit tempus, nendum ut infinitum effluxerit. Quod si

Deum

Deum ante Mundum fuisse dicimus, impropria locutione utimur, propter humani sermonis imbecillitatem ad divina enuncienda, atque id sic intelligendum (a), Mundum incepisse, virtute Dei factum, ipsum vero Deum ortus expertem per se & a se esse; atque illud Ens infinitum nullam prorsus cum finito & a se condito mundo proportionem, aut existendi communem mensuram habere.

2º. Indidem elicimus quaecunque de decretorum divinorum ordine, natura, origine, in Theologorum scholis disputantur, licet ad humani conceptus imbecillitatem juvandam non nihil utilitatis haberent, & methodi gratia jure a docentibus usurpari possint, nullo tamen veritatis dispendio omissum iri. Certe Deo aeterno, ab aeterno etiam (b) cuncta sua opera nota sunt. Sed cum eidem nihil sit prius, nil posterius, praepostere facias, si cum operum ordinem qui in actionis divinae effectis cernitur & sapientissime servatur, traducas in operantem Deum. Non enim cogitata & consilia disponit hominum more, qui prius decer-
nunt,

(a) Erat quippe ante illam (creaturam) quamvis nullo tempore sine illo: non illam spatio transcurrente, sed manente perpetuitate praecedens. August. de Civitate Dei Lib. XII. Cap. 15.

(b) Sic Petrus loquitur Actor. XV. 18.

nunt, postmodum exsecutioni mandata; finem primum constituant, deinde sic in diis folliciri. Verum sic habendum est, Deum infinita sua existendi vi finali cernere, velle, operari, quaecunque per labentium saeculorum seriem evoluta, sapientissimo ordine ab ipso peragi cohspicimus.

3. Inde tandem apparet quam littore conatu Providentiam aeternam malefici homines oppugnant; dum aut liberos ab ejus notitia & gubernatione submovent creaturam actus, praecipue malos, cavillantes rem contingentium certam praescientiam non dari; aut praescientiae & regimini Numinis cuncta subjiciendo, arbitrii libertatem plane tollunt, & fatali inducta actionum humanarum necessitate ipsam radicitus Religionem evertunt, & omnem pietatis sensum extinguitunt. Hos autem impietatis scopulos, (vix enim dixeris, utri errori tum S. scripturarum auctoritas, tum rationis humen refragetur magis) tuto praeterchimunt, dum cogitamus, nil repugnare, quominus Scientia divina complectatur actus maxime contingentes & liberos; quoniam eos non canquam futuros providet: sed praesentibus adest, ipsosque omnes in suo quemque tempore & ordine positos, ipse temporis expers intime perspicit. Sed ut ardua nimis hujus interioris doctrinac consideratione missa,

missa, ad Petri argumentum redcarbas, vide quaeſo, quam apposite aeternitatis mentionem iniiciat, ut Dei longanimitatem erga peccatores (1) eadem opera excollet. Non enim Deus mortaliſta inſtar vindictac in improbos capidus, aut morae impatiens existimari debet; ſic ut hic aperte licet quod legitur Jobi X. vſ. 4-6. *An ſunt tibi crux
vndeſi? an prout homo videt, ipſe vides?
An dies tui ſunt inſtar diuinorum hominum?
ut inquiras in meam iniquitatorem & pec-
catum meum invigiles?* Crederem⁹ quoque ad Eccleſiaſtici XVIII. 10. adluſſe Apoſto-
lum; ibi ait Siracides, ἡσ γραγὸς ὑδατος ἀντὶ^τ Σαλάδονος τῷ φίλῳ ἀμφε, θεος διάγε εἴη εἰ-^τ
μέτρα αἰώνος. ubi pro ὁλίᾳ, meliores libri
habent χίλια. Addit⁹, eam ob cauſam Deum
longanimitate, ὑπόκοντι, uti erga homines,
quod dicto Apoſtoli, εἰ δραδύει τὸς ἐπωγ-
γένειας ὁ Κύριος, ἀλλὰ μακροθύμει τὸς ἡμῖν πα-
τέλαι τινας ἀπόλετος, ſatis adſine eſt. Non
ſtatim poenas repetit a delinquentibus, datus
contra poenitentiac locum: pervicaces in
impietate ſua inſolēſcere finit aliquantisper,
quod tempus ſane per exiguum eſt; ubi cum
nuptia aīōnō contendatur. Et hac quidem
ratione Noster deſiderium ſcommata elidit,
hominibusque impurissimis in posterum os
obſtruit;

(1) Sic plane Habac. I. v. 13. coll. cœm. II. v. 3.

obstruit; pios simul in fide titubantes confirmans, & in certam spem ultimae rerum instauracionis erigens. Huc enim toto Capite respicit, hoc praecepit urget Apostolus, dum contra *εμπατειας* hanc Christianorum expectationem convellere annixos, qui que Mundi machinam, (4) prout nunc conficitur, aeternum permansuram, fatali quadam lege & immutabili causarum serie, sicut principio sic, fine carente, contendunt, diuinorum oraculorum fidem tueruntur. Veniet, inquit, qui^cquid sanniones illi contra obganniant, illucescer tandem suprema illa dies, ut orbis hujus adspectabilis funus ducat, ut terram & coelum in pristina clementia resolvat, ac, inter cadentis mundi ruinas, universum genus hominum ad Christi judicis tribunal fistat, ubi factorum ab uno quoque rationes reposcens, praemia pro meritis, aut poenas in sempiternum reperdet. Nam hodierna terra & coeli qui nunc sunt, ipsius mandato servantur igni (*τελησαυρισμένοι, οὐρανοὶ τηρεύμενοι*) in diem iudicii & interitus impiorum (vsl. 7.). Improvisa illa aderit, atque incogitantes, & in vitiis securos subito opprimet. Veniet enim ut fur in nocte &c. (vsl. 10.) quibus

(4) Abusi videntur dicto Ecclēs. I. 4. Sed iis respondet Christus ipse Math. XXIV. 35. *coolum & terram transfixum.* verba autem meo non praeteribus.

concinunt monita setyatoris Math. XXIV.
 42-44. Sed quam horrenda strages illa, &
 rerum omnium ultima conturbatio! Qui
 fragor ab imis sedibus concussi, procidui,
 & ultiore igne in primordia sua velut colli-
 quati orbis! Oi ἀποὶ ποιήσον ταρελεύσον) &c.

*H*is igitur omnibus dissolutis (quo gra-
 viSSimo & salutari monito praecedentem Pe-
 trus disputationem concludit) quantos opor-
 tet esse vas in sanctis conversationibus &
 pietatis officiis! optime arguit, nos ad vir-
 tutis Christianaq; amorem incendi, ad quae-
 libet pietatis opera vehementer excitari,
 dum hujus mundanae compaginis solu-
 nem, ac proinde Christi ultimum e coelo
 adventum exspectamus. Cujus, ut id obiter
 moneam, Apostolicae cohortationis vim pa-
 rum fecerunt concionatores nonnulli, dum,
 occasione inde arrepta, circa vanitatem tem-
 poralium bonorum & caducam rerum ter-
 restrium sortem, ut pote quae flammis
 quondam absundi debeant, multa rhetori-
 cantur, dum de ultimo interim judicio
 prorsus silent. Hi sanc a Nostri mente lon-
 ge aberrant, nec suis Tragoediis hilumi pro-
 ficiunt, ut auditores suos a praesentium vo-
 luptatum studio dimoveant. Quid enim ad
 hodiernorum hominum pravas cupiditates
 eradicandas facit, molis hujus terrenae rui-
 na,

na, in cineres quondam collapsae, dum nihil spectatur ulterius? Homines enim ejusmodi alloqueris; qui se fato concessuros certo sciunt, antequam exitum inveniant haec omnia. At prospectus venturi judicii, qua impia de Mundo per se aeternam, qualis olim fuit & nunc est, permansuro doctrina subruitur, & divinae circa res humanae providentiae fides adseritur, quam efficaciter a peccando homines deterret, tam potenter ad pietatis & virtutis omnis amorem stimulat.

Invaluerat quidem inter primaevos Christianos persuasio, instare ultimi judicii tempus, & brevi Christum e coelo venturum ad rerum omnium consummationem. Id ex Judaeorum praejudicio hauserant, de Templo Hierosolymitani perennitate, non nisi cum ipso Mundo exarsuri. Innocuus is certe, immo felix Error fuit, qui animos erigebat ad malorum tolerantiam, spe finis duraverentes; minoremque terrenarum rerum curam getere suadebat, de coelestibus unice sollicitos. At hodie nonnullos forte reperias qui hanc spem adventus Christi per nimiam labentium temporum morari extrahi conquerentur, verentes ne dum pollicita Christus differt exsolvere, ex dilatione tanta fides Christianorum labascendi periculum adeat. Falluntur illi tantum, nec quidquam inde

inde Christiana fides detrimenti capit. Deus certe dum sic res ordinavit, satis superque humanae inbecillitati consuluisse censendus est. In eo nimis id Religioni objectantium fallacia latet, quod Ecclesiae in hoc terreno domicilio per tot jam elapsa saecula inveterascentis, & donec Redemptor de coelo comparuerit assidue clamantis; *Veni Domine Jesu!* quod universae inquam Ecclesiae durationem sic imaginantur, quasi unus hominis aetas foret; qui inde ab aeyo Apostolico ad nostrum usque in vivis remanserit. Talis viri, Christum suum ex coelo per integre septendecim saecula frustra exspectant, constantiam fateor durum nimis experimento probatum iri, & periculum fore ne fiducia, quam Dei promissis habuerat, nutare incipiat, cum videt omnia perfidare eodem statu quo ab initio fuerunt, neque ultra adhucdum perspicit consummationis rerum signa *προγνωστικά*. At longe secus se res habet. Si saepe Ecclesia, uti de quavis etiam gente loquentibus fieri solet, sub imagine singularis hominis, nascientis primum, tum adolescentis, post matutam aetatem adepti, denique ad senium vergentis, imagine propontatur; decipere nos neutiquam debet fictitia persona, cum probe sciamus, spatium illud quod unius cuiusque fidei & obedientiae probandae

S


praefi-

praestitutum est , vitae humanae currícula definiri. Neque enim est , ut cum Boëtio loquar , aliquid in tam brevibus vitae metis ita serum , quod exspectare longum immortalis praesertim animus posset. Nostra equidem , qui post Apostolorum aevum vivimus , parum refert , an unum , an vero septem supra decimum saecula iam a Christi in coelos ascensu numeremus ; dum modo prioris ejus in terris aduentus argumenta indubitata suppetant , & simul constet , debito longiores non esse vitae humanae metas ; talique spacio opus esse , ut de nostro erga Deum & Religionem animo periculum fiat. Cuivis pio Christiano prope est adventus Domini , quoniam Mors longe non abest , qua veluti pararia Christo adiungetur.

ΝΑΙ "ΕΡΧΟΥ ΚΥΡΙΕ ΙΗΣΟΥ".



IN-



I N D E X.

DISSERTATIO PRIMA.

Bileam Vaticinium, Num. XXIV. 16,
17. *illustratum*; *ubi simul in Typico-*
rum Oraculorum naturam inquiritur.
Pag. 1-38.

DISSERTATIO SECUNDA.

De Enochii & Eliae raptu, Gen. V. 24.
2 Reg. II. 9-12. 39-67.

DISSERTATIO TERTIA.

De mortuorum resurrectione adversus
Sadducæos demonstrata Matthæi Cap.
XXII. vſ. 31, 32. 68-120.

DISSERTATIO QUARTA.

De Cyrenii descriptione apud Luçam me-
morata Evang. Cap. H. vſ. 2. 121-155.

DISSERTATIO QUINTA.

De Christi vaticiniis, circa Hierosoly-
morum excidium & Mundi ruinam,
Matthæi Cap. XXIV. prolatis. 156-181.
S 2 DIS-

I N D E X.

DISSERTATIO SEXTA.

De die Christi Abrahamo visa, Evang.
Johan. VIII. vſ. 56. Pag. 182-208.

DISSERTATIO SEPTIMA.

De mortuorum Baptismo, 1 Cor. XV. 29.
209-242.

DISSERTATIO OCTAVA.

Locus Petri 2 Epift. Cap. III. vſ. 8. illu-
ſtratus, ubi nonnulla, quae ad genuinam
Aeternitatis notionem pertinent, obiter
disputantur. 241-266.



EMEN-

EMENDANDA.

Pag. 14. l. ult. nō solo quod, leg. nescio quo. p. 31. leg. פְּנִימָה ib. in nota פְּנִימָה. p. 35. versus finem, idololatrarum. p. 42. l. 3. antiquum morem obtinenter. l. antiquum obrinere. ib. l. 9. בַּיִת לְקָרֵב אֶתְן. p. 16. versus finem, procella comite. l. procella a comite. p. 66. l. 7. leg. fin haec ita non sunt. p. 67. lin. 2. & honore sibi. leg. sic honore sibi. p. 69. l. ult. indicio sit. p. 71. med. lege succedaneis. p. 75. vers. med. redditum. l. reddendum. p. 76. l. antep. suo gladio, leg. suo sibi gladio. p. 96. med. qualis est, l. quantus quantus est. p. 97. vers. finem corpore. l. corpora. p. 105. unde ipsi. l. unde ipsi. p. 116. l. ultima ju- beant. l. subeant. p. 117. vers. med. l. expellant. p. 119. renovatae mentis vires. l. cum renovatae mentis vires. p. 135. vers. fin. posset. l. passit. p. 143. praeceptam. l. praeceptam. p. 146. l. 6. nisi sint, dele sint. ib. de θεατροφανέσι. l. aut θεατροφανέσι. p. 150. l. 2. נִזְמָר אֲמֹר leg. נִזְמָר אֲמֹר. p. 164. effi- cient. l. efficias. p. 175. media lege, minute sumptu. p. 187. versus finem quantum supra. l. quantum liber supra. p. 194. adsumit illa, l. adsumit ille. p. 198. in principio, perturbatus ordo verborum est, qui sic restituendus: adactus in jugulum innocentis hostiae. Sed jam elatum brachium & im- minentem ictum cohabet e coelo edita vox &c. ibid. pro, Et Scenica haec tota fabula est merum oculo- rum ludibrium, merus actus theatricus peragitur, legentes tanquam in re praesenti &c. male haec disputa sunt, sic emenda. Et Scenica &c. fabula est, merum ocularum ludibrium: merus actus theatricus peragitur. Legentes, tanquam in re praesenti &c. Ibid. paulo infra, Nec angi magis putandum est Abraham, tantum abest us lugeat &c. lege,

EMENDANDA

Nec angi magis perandum est Abramionum. Tantum
abest ut lugeat &c.c. p. 199. dum de re huiusmodi.
I. cum de re huiusmodi. p. 206. de te prodrorum. p.
208. cum horum simul inrepidiorum sobolis &c.c.
I. cum horum simul inrepidiorum conjunctam; sobolis.
similium &c.c. p. 214. videlicet significat. I. nunc signifi-
cat. p. 225. media cluenda. I. cluendas. p. 235. cur
ex legere. I. non ex legere. p. 237. I. quae rursum se
I. rursumas. p. 244. med. abscondi iugis, lege ab
surdii ineffe.

